vitatibus (a). Anno 1174. (b) ignis multas domus combussit. Proximo anno Patavini ac reliqui foederati cum Federico I pacem instituerunt, eorum tamen Libertate immuni (c); nihilominus vera pax anno 1183. duntaxat inter Federicum I ac Longobardicum Fœdus absoluta fuit (d), qua pace Libertatem, & privilegia Urbes foederis acquisiverunt; Imperatori tamen supremum dominium ac appellations &c. reliquerunt. Soluto hoc foedere Veronenses anno 1197. contra Patavinos prælium conseruerunt, hisque in fugam conjectis, ipsorum ditacionem devastaverunt (e); nihilo tamen minus anno proximo Carmignani vicum Patavini Vicetinis abripuerunt. Post novem annos Publicum Gymnasium Patavini institerunt (f). Prætermitto Azzum VI Estensem ob Attestis obsidionem coactum fuisse anno 1212. Patavii civem evadere (g); prætermitto obsidionem ab ipsis post tres annos factam turri Baibæ versus Fossam Clodiam, a qua ob-

(a) Leges ipsius foederis a Muratorio editæ sunt in *Antiq. Italic. Diff. 48.*

(b) Gerardus Maurisius *Chron. & Galvanus Flamma Manip. Flor. cap. 204.*, quod appetet etiam ex lapide posito super ostio Parochi Ecclesiæ S. Canciani.

(c) Sed Federici exercitus post duos annos profligatus fuit a Foederatis. Sire Raul *Hist. in tom. 6. Rerum italic. Muratorii*; Cardinalis de Aragon. in *Vita Alexandri III.* a Muratorio edita in tom. 3. *Rer. Italic.*

(d) Muratorius *Antiq. Ital. diss. 48.*

(e) Parisius de Cereta *Chron. Veronens.* a Muratorio ed. in tom. 8. *Rer. Italic.*, Gerardus Maurisius, in tom. 8 *Rer. Italic.*

(f) Muratorius *Antiq. Ital. diss. 44.* Videnda sunt *De Gymnasio Patavino Syntagma XII. Jacobi Faccioliati. Patavii. 1752. Syntag. 1.*, ejusdemque Cel. Faccioliati *Fasti Gymnastii Patavini. Patavii. 1757. pars. 1. pag. 1.*

(g) Rolandinus *lib. 1. cap. 12.*, Monachus *Patavinus Chron.*

obsidione cum militum ac partis agminis jactura (*a*) discesserunt. Duobus exactis annis, narrat Dandulus (*b*), Aquilejæ Patriarcham, Pontifice imperante, Venetos ac Patavinos simul conciliavisse; Rolandinus (*c*) tamen ait etiam tribus post annis inter Patavinos, & Venetos adhuc odia ac similitates viguisse.

Patavium anno 1226. fœdus inicit cum aliis urbibus contra Federicum II pro Libertate servanda (*d*); sed proximo anno Federicus II Patavio, aliisque fœderatis civitatibus diplomate (*e*) pepertit; eodemque anno Patavinos auxilium Veronæ Guelfis ferentes Eccelinus a Romano magna clade profligavit; sed sequenti anno ipsi Patavini contra Eccelinum iverunt ad recuperandum *Fontis* oppidum, quod Eccelinus eis, Patris, ac amicorum admonitionibus (*f*), restituit: paulo post, Tarvisina ditione direpta, Patavini una cum mediatione Guallæ Brixiensis Episcopi, atque fœderis Rectorum coegerunt Tarvisinos Feltriam, & Bellunum reddere propriis Episcopis. Pro liberatione Comitis Riccardi de S. Bonifacio in carcere Veronæ detenti, duabus elapsis annis Patavini curru cum insignibus Urbis, cum Azzo VII Marchione Estense, & Vicetinis, Veronæ territorium deprædati sunt; sed hac vice inutiliter (*g*); sequenti tamen anno cum Mantuanis, Veronenses libertatem concedere Comiti de S. Bonifacio, aliisque captivis coegerunt (*b*),

C 2

ipso-

(*a*) Rolandinus *lib. 1. cap. 14.*(*b*) In *Chron.*(*c*) *Chron. lib. 2. cap. 1.*(*d*) Sighoni de *Regno Ita-  
lie lib. 17.*(*e*) Edito a Muratorio in  
*Antiq. Italic. Diss. 44. pag.  
909.*(*f*) Rolandinus *Chron. lib.*2. *cap. 9.*(*g*) Paris. de Cereta *Chron.**Veronens. ed. a Muratorio in  
tom. 8. Rer. Italic.*(*h*) Rolandinus *lib. 3. cap.  
6., Paris de Cereta Chr. Ver.,  
Monachus Patav.*

ipsorumque Veronensium aliquot oppida expugnaverunt; at subsequente anno cum ipsis in pristinam concordiam redierunt (*a*). Ottho a Mandelo Mediolanensis Patavii Prætor cum exercitu ejusdem Urbis anno proximo Tarvisinam ditionem depopulatus est (*b*).

Anno 1236 pro conservanda Libertate Patavini contra Eccelinum decertaverunt, nihilominus sequenti anno urbs in potestatem Federici II Imperatoris devenit, in cuius possessionem Eccelinus a Romano profectus est pro eodem Imperatore (*c*), quam anno proximo frustra ab Eccelini tyrannide Azzus VII Marchio Atestinus (*d*) liberare tentavit; quare Prætor Imperialis Patavii, vix anno elapso, contra Marchionem Azzum VII pugnavit (*e*), ejusque multos milites, ac nobiles captivos fecit: Tyrannis vero Eccelini a Romano diffuse ab ipsius vitæ scriptoribus, ac a Rolandino qui vidit, refertur (*f*); cui tandem urbs hæc ablata fuit a Philippo Ravennæ Archiepiscopo electo ac Pontificis Legato in Marchia Tarvisina, cum exercitu Crucis signatorum anno 1256; attamen cum ipsius urbis magno damno (*g*); nam hujusmodi exercitus per septem dies urbs fere depopulatus fuit. Tribus transactis annis Eccelino defuncto Patavini Vicetiam, ac Bassanum obtinuere, quare potentiores fa-

cti,

- (*a*) Rolandinus *lib. 3. cap. 15.*, Petrus Gerardus *Vita d' Ezzelino. Venezia.* 1544.  
 (*b*) Rolandinus *lib. 3. cap. 8.* (*g*) Rolandinus *lib. 8. cap. 1.*, Monachus Patav. in *Chron. Veronens.*, *Chron. Bononiens.* edit. a L. Dolleoni Belunensi in *tom. 4. Nuova Raccolta d' Opuscoli &c. del P. Calogiera*, & Marcus Guazzus Cronica pag. 34.
- (*c*) Rolandinus *lib. 3. cap. 11.*  
 (*d*) Rolandinus *lib. 4. cap. 5. Chron. Veronens.*  
 (*e*) *Annales Veronenses* ed. a Muratorio in *tom. 8. Rer. Italic.*
- (*f*) Rolandinus *lib. 6. cap.*

Et, anno 1264. pugnare cœperunt contra Azzum VIII Ferrariæ , Mutinæ &c. Dominum (a); sed bellum finem habuit ob mediationem Patriarchæ Aquilejæ Raymundi a Turre.

Quum autem Patavini anno 1311 (b) neque Vicarium Imperiale accipere , neque Henrico VII, sexaginta millia florenorum solvere voluerunt; Canis a Scala Veronæ Dominus eis Vicetiam abstulit (c); unde illi subsequentibus duobus annis Vicetiae territorium depulando, inutiliter urbem ipsam recuperare conati sunt, & tunc Henricus VII aduersus Patavium, aliasque rebelles civitates Actum fecit (d): Et anno 1314 Patavini sub Vicetia a Cane a Scala clade in fugam conjecti fuere (e), ideoque cum ipso pacem sanciverunt, ei relinquentes Vicetiae dominium (f); sed tribus post annis illi Vicetiam ingressi a Cane magna cum cæde expulsi sunt (g), qui illico fraude Montem Silicis usurpavit (h),

at-

(a) *Chron. Estens. a Muratorio ed. in tom. 15. Rer. Italic. Chron. Parmens. a Muratorio ed. in tom. 9. Rer. Italic.*

(b) Quo anno Aymo Gebenensis Episcopus a Senatu, singularisque Senatoribus, & Tribunis juramenta fidelitatis suscepit; factaque est civitas Paduana Imperio fidelis Henrici VII prefato regnante, anno a Jesu Christi ortu MCCCXI. XII. Kal. Jul. Hac ipsa die post annos sex & quinquaginta que ab Imperio ad Ecclesiam defecerat, ad Imperium rediit. ait Albertinus Mussatus, *Historia Augusta Henrici VII.*

*Cæsaris &c. quibus opportunitatis gratia præmissa sunt Chronica Rolandini, Monaci Paduani Gerardi Maurisii, Antonii Godii, Nicolai Smergi &c. Duo Cortusii de novitatibus Paduae & Lombardiae. Venetiis. 1636. lib. 3. De gestis Henrici VII pag. 16.*

(c) *Cortusus. Hist. lib. 1.*

(d) *Giovanni Villani lib. 9. cap. 48.*

(e) *Cortusus. Hist. lib. 1.*

(f) *Chron. Patavin., Cortusus. Chron.*

(g) *Ibid.*

(h) *Albertinus Mussatus l.c.*

atque dein vicos Patavinos petiit, illumque S. Stephani destruxit (*a*); unde Veneti Patavinos cum Cane reconciliaverunt.

Anno 1318. (*b*) Jacobus a Carraria Patavii Dominus ob suam potentiam, atque sagacitatem a civibus electus fuit (*c*): Sequenti vero anno Canis a Scala Patavium obsedit; qua de re Jacobus a Carraria Urbis Dominium exhibuit Goritiæ Comiti pro Federico Austriae Duce, qui militum auxilium Patavium misit; unde proximo anno Patavini cum Comite Henrico Goritiæ Canis exercitui cladem intulere, qui anno sequenti cum ipsis pacem instituit (*d*'); ast Jacobus a Carraria, & Patavini (*e*), ut Cane debellato, pace imposterum gaudere possent; anno 1324. auxilium implorarunt a Duce Carinthiæ, & ab Otthono fratre Ducis Austriae, qui cum maximo exercitu Patavinam ditionem potius diripuere, quam urbi auxilium attulere; quos tandem Canis auro ad proprias regiones redire fecit, qui jam proximo anno usque ad ipsius urbis portas deprædatus erat (*f*): Et tunc in Urbe civile bellum siebat: tandem, ne in minimis narrationibus immorer, narrando Nicolai a Carraria cum aliis exilibus contra Patriam bellum anno 1328 (*g*); sciendum est, quod eodem an-

no

(*a*) *Cortusus. Chron.*

(*b*) *Cortusus. Chron.*, Ferretus Vicetinus ed. a Muratorio in tom. 12. *Rer. Italic.*, *Chron. Patav.*

(*c*) *Marzarus lib. 1.*, Ughelius tom. 5. pag. 388., L. Albertus l. c. pag. 425.

(*d*) *Cortusus. Hist.* apud

*Muratorium in tom. 12. Rer. Italic.*

(*e*) *Cortusus. Hist. lib. 1.*  
*Giovanni Villani lib. 9.*, *Chron. Patav.*

(*f*) *Cortusus. Hist.*, *Chron. Patavin.*

(*g*) *Cortusus. Hist.*, *Albertinus Mussatus de gestis Ital.* lib. 12.

no Canis a Scala hujus Civitatis Dominium obtinuit a Marsilio a Carraria (*a*), cum jam antea urbs esset sub protectione aut potestate Ducis Carinthiæ, qui in illa Conradum ab *Ovestagno*, ut Vicarium tenebat. Idem porro Marsilius anno 1337. Venetorum auxilio (*b*) Patavii Dominus evasit; dein Ubertinus (*c*), Jacobus (*d*), Jacopinus (*e*) frater ipsius Jacobi (*f*), ejusque filius primigenius Franciscus a Carraria (*g*) in urbe hac imperaverunt; Franciscus autem anno 1355. Patruum in carcere detinuit, ideoque solus urbis Dominus remansit (*h*), contra quem post decem & septem annos Veneti bellum iniere (*i*), cum quibus Franciscus proximo anno turpem pacem fecit (*k*); deinde sex elapsis annis fœdus sancivit contra Venetos, (*l*), atque alio anno Tarvisium obsedit (*m*), eodemque anno ipsius urbis obfitionem solvit; sed ad ipsam rediit sequenti anno; attamen alia de causa anno 1381. ab ipsa discedere coactus fuit, quo tempore etiam cum Venetis se conciliavit.

Tar-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) *Gatari Ist. Pad.* ed. a  
Muratorio in *tom. 17. Rer. Ital-*  
*lic., Chron. Patavin.*, Alberti-  
nus *Mussatus de gestis Ital. lib.*  
*3. a Muratorio ed. in tom. 10.*  
*Rer. Italic.*

(*b*) *Gatari Istoria di Pado-*  
*va*; *Cortusiorum Hist.*, *Chron.*  
*estens.* a Muratorio ed. in *tom.*  
*15. Rer. Italic.*, *Chron. Pata-*  
*vin.*, *Chron. Veron.*, *Pigna vol.*  
*1. lib. 4.*, *Ughellus tom. 5.*  
*pag. 388.*, *L. Albertus l. c.*  
*pag. 425.*

(*c*) *Gatari Ist. di Padova.*  
(*d*) *Chron. estens.*

(*e*) *Ibid.*  
(*f*) *Gatari Ist. di Padova.*  
*Cortusiorum Hist.*

(*g*) *Ibid.*  
(*h*) *Cortusus. Hist.*, *Gata-*  
*ri Istori. di Padov.*

(*i*) *Caresinus Chron. Venet.*  
a *Murat.* ed. in *tom. 12. Rer.*  
*Italic.*, *Gatari l. c.*, *Andreas de*  
*Redusio Chron.* a *Murat.* ed. in  
*tom. 19. Rer. Italic.*

(*k*) *Gatari l. c.*, *Caresinus*  
*Chron.*, *Redusius Chron.*

(*l*) *Andreas de Redusio*  
*Chron.*

(*m*) *Gatari l. c.*

Tarvisium, quod Leopoldus Dux Austriæ a Venetis domo habuerat superioribus annis, ipso Francisco, qui Tarvisium armis vexabat, anno 1384. vendidit (*a*), ut etiam Genetam, Feltriam, & Bellunum. Omitto vero bella ipsius Francisci pro defensione Alanzonis Cardinalis Episcopi Sabinæ, qui Patriarchatum Aquilejæ habebat, contra Civitatem Utinensem, eademque de causa adversus Antonium a Scala Veronæ Dominum sequentibus annis: Demum hic Franciscus anno 1388 Patavii Dominium filio suo Francisco II reliquit, cui tamen eodem anno urbs erepta fuit a Comite Virtutis seu Jo: Galeatio Mediolani Domino (*b*), quam civitatem duobus post annis ipse Franciscus II recuperavit (*c*): Prætermitto Brixiaæ adoptionem (*d*), bellaque Francisci anno 1403, & sequentium annorum; satisque sit scire Franciscum II Patavii Dominium amisisse (*e*), quæ urbs feliciter in Venerorum potestatem devenit anno 1404, ut eruditè ostendit Cel. Marcus Foscarenus Eques, & Divi Marci Procurator (*f*); sed anno 1405 hoc accidisse scripserunt Ughellus (*g*), L. Albertus (*b*), & Muratorius (*i*): Anno autem 1406 Franciscus Zabarella (*k*), facta a civibus

(*a*) *Ibid.*

(*b*) *Gatari Istori. di Padova.*

(*c*) *Chron. Estens.*, Sozomenus *Chron.* ed. a Murat. in *tom. 16. Rer. Italic.*

(*d*) *Gatari l. c.*, Delaytus *Annal.* ed. a Murat. in *tom. 18. Rer. Italic.*

(*e*) *Gatari l. c.*, Delaytus *Annal.*, Redusius *Chron.*

(*f*) *Della Letteratura Venetiana libri 8. Volume 1. Padua 1752. lib. 2. pag. 239. n. 39.*

(*g*) *Tom. 5. pag. 388.*

(*h*) *l. c. pag. 429.*

(*i*) *Anal. d'Italia. Ediz. 2. tom. 12. pag. 446.*

(*k*) *Oratio Mss. ejusdem Zabarella Italico sermone conscripta, ab ipso in Veneto Senatu dicta fuit pro hac dedicatione: Hanc orationem mihi dedit Doctissimus Comes Franciscus de Leonissa Patavinus Historiæ antiquæ, ac Naturalis peritissimus.*


bus potestate, urbem hanc Senatui Veneto subjicit. Tribus autem transactis annis Maximilianus Imperator hujus urbis potitus est (*a*), quam paucis diebus post Veneti denuo adepti sunt (*b*); qua de re eodem anno Maximilianus Patavium circumvallavit, sed frustra, ideoque die 27 septembris mensis obsidionem solvit propter maximum urbis præsidium (*c*). Paulus Paruta (*d*) aliique scribunt anno 1513 Gurgensem Imperatoris Vicarium cum exercitu Italiam petuisse inutiliter ad hujus urbis obsidionem. Sed post excidia, bellaque Patavium pacem & securitatem sub excelso felicique Venetorum Dominio recuperavit, quibus adhuc fruitur.

Finem huic historiæ specimini imponere possum carminibus Poetæ Fabricii Chemnicensis in suo itinere Patavium regressi.

*Nec mibi fas paucis præscribere versibus ortum  
Antiquum, fossas altas, pomeria lata;  
Patricive arcem, vel plumbea tecta palati,  
Sive novi templi molem, molemve vetusti.  
Attila quas clades, quas sœve Accioline dedisti  
Heu urbi infastæ, sed pristina Carrarienses  
Damna, debinc Venetus reparavit cuncta Senatus.  
Salve terra meis indulgentissima musis.  
Quam si non patriæ alterius revocarer amore,  
Optarem fessæ portum, requiemque senectæ.*

D

CA-



(*a*) Muratorius *Annali d'Italia* tom. 14. pag. 55. 1718. tom. 2. lib. 9. pag. 324. usque ad pag. 333.

(*b*) Bembus, Guicciardinus, Justinianus &c. (*d*) Degli *Istorici delle cose Veneziane* &c. tom. 3. lib. 1.

(*c*) Bembus *Degli Istorici delle cose Veneziane* &c. Venezia. pag. 59.

## C A P U T I I.

# De Thermarum Patavinarum loco, & historia.

**I**N agro Patavino thermales aquæ ad montium Euganeorum radices hinc , illincque plurimæ perenniter scaturiunt, quarum illas solummodo describam, quæ his temporibus in usu frequentiori sunt ad curandos morbos ; quoniam de reliquis in secunda parte hujus tractatus agam.

Primus itaque locus, unde hæ calidæ aquæ emanant, Aponus vocatur , qui una cum Vico ejusdem nominis quinque millia passuum circiter Patavio distat : Exeunt aquæ hujusmodi a parvo colle rotundæ figuræ calcario lapide albidi coloris confecto : Istæ limpidæ & crystallinæ perenni fluxu ascendunt per lapideum collem, & per diversos lapideos tubos erumpunt, & undique per collis superficiem fluunt.

Hic Aponi collis situs est in pulcherrima planicie ; quæ spectat meridiem & occasum Euganeis montibus cingitur, quæ vero Patavium & Adriaticum mare respicit , vasta planicie circumdatur. Amoenitatem loci, & salubrem illius aerem minime stagnorum vapores, paludumque exhalationes lœdunt, aut perturbant. Hic omnia & salubri & temperato cœlo bona & exquisita habentur . Multæ huc, illucque domus extant , & grandiora non longe adsunt ædificia ; commodæ sunt viæ, quæ ad propinqua loca , & Patavium ducunt; commoda pariter

riter Patavium, Venetiasque per jucundum Medoacum  
navigatio.

In vertice hujus monticuli, cuius altitudo est vix XIII pedum, & areæ superioris diameter circiter CCII pedum parisiensium, multæ sunt calidarum aquarum scaturigines, quarum quinque, aut septem præcipuæ sunt, quæ ex variis foraminibus perenni fluxu parvos lacus circiter pedes tres profundos efficiunt, quorum major ab incolis *Fontica* vocatur, quæ CXX pedum circumferentiam habet: prope hunc fontem in medio scatebrarum fere ferventium, aqua tepida effluit (*a*). Ex ipsis lacubus seu fontibus parvi aquarum rivuli fluunt, quorum unus orientem versus excurrit ad diversa balnea & lavacra in superiori, ac infima collis parte ædificata cum laconico, stillicidiis, aliisque commodis pro ægrotis: Alter occasum versus per planitiem descendit, ejusque aqua cum dulcibus aquis aliorum rivorum miscetur: Tertius rivulus ad occasum pariter vergens per canalem, seu aquæductum ligneum fluit tali quantitate, ut pro una molendini rota continuo vertenda sufficiat; tempore vero Scardeonii duas rotas hæ aquæ vertebant (*b*), quod etiam hodie haberetur, si opus esset (*c*): Quartus in lacunam se expandit,

D 2

dit,



(*a*) *Fontium frigidorum, & calidorum simul multa exempla habemus, ut inter Viterbum & Montem Faliscorum narrat P. Athanasius Kircherus *Mundus subterraneus*. Amstelodami 1668. tom. I. lib. 4. sect. I. cap. 3. pag. 177.* Et Conradus Gesnerus *Excerptorum & observ. de Thermis lib. I. pag. 295.* E. in opere *de Balneis omnia &c. Venetiis apud Juntas. 1553.*,

ait auctoritate Seb. Munsteri in *Cosmographia in Thermis Brigensibus* apud Valesios ex eadem petrarum scissura, ubi aqua calida, frigida etiam manat, quod in multis aliis locis accidit.


(*b*) *I. c. lib. I. clas. I. pag. 21.*

(*c*) *Aqua Thermales S. Ca- sciani, S. Agnetis Clanciani, Vignonis in Senensisibus montibus, plurimæque aliæ thermæ inserviunt etiam ad Molendina.*

dit, quæ aquam molendini fundo tribuit: Quintus effluit versus septentriones, & circum amœnissimum pratum excurrit: Demum hæ omnes aquæ simul in ramum Medoaci confluunt.

Ab Aponi colle urbem versus parum distant conspicua antiqui aquæductus vestigia, qui thermalem aquam fortasse ad Nosocomium pauperum beneficio deferebat.

Longe circiter millia passuum ab Apono meridiem versus occurrit *Mons - ortonus* in medio aliorum montium positus, nempe ex una parte *Mons - Rubeus* (a), ex altera *Mons S. Danielis* est, qui montes a septentrione & occasu Ventorum injurias a Balneis arcent: Erga orientem & meridiem nil prohibet aeris ventilationes. Ad hujus montis radices est templum Deiparæ Virgini dicatum, in cuius vestibulo urbem respiciente est crypta fornicis modo extorta, ubi descensu aliquot graduum fons adest aquæ frigidæ, & ex adverso alter thermalis, vulgo aquæ Virginis vocatus, cuius puteus est quadratae figuræ, cum latitudine pedum v & pollicum vi, profunditate pedum v. & pollicum ix. Non procul hinc in alio Templi latere ad meridiem prope Augustinianorum P. P. Cœnobium tres Lacunæ cernuntur, ubi aquæ calidæ continuo saliunt, quarum una *Fontica* appellatur, cuius circumferentia est pedum LXXXIII; prope hanc Fons est, qui equorum balneum vocatur, & hinc non longe in alia



(a) In quo monte Ungharellus *Cronica di Padova*. parte I. cap. i, & Petrus Buccius delle *Coronazioni di Henrico III. Dialogo* 3. pag. 95. usque ad pag. 98. credidere pulcherrimam urbem olim extitisse a Pallù Thesei filio ædificatam, atque

montem hunc *Bragiadanum*, aut *Braytblamin* vocatum tunc fuisse. Ungharellus ait hoc scire a Chronico Doctoris Joannis de Naone, & Buccius ab antiquiori Chronico Patavino; sed nunc hæc Chronica nobis desunt.

alia lacuna lutum effoditur; quibus lacunis ad orientem propinqua sunt balnea cum laconico.

A dictis Aponensibus thermis orientem versus vix ultra milliare, Rus aliud se se offert pulcherrimum, situ & fertilitate gratum, ex cuius meridionali planicie collis assurgit *Montanionis*, vel *Montagnone* vocatus, circa quem ad septentriones scaturiunt aquæ calidæ, quæ civitatem versus in rotunda lacuna (*a*) parietibus circumdata recipiuntur, cuius circumferentia est pedum XXVIII; & hinc influunt in ramum Medoaci minoris. Præter hunc fontem multi alii in propinquis pratis scaturiunt, & unus c passus circiter longe a taberna, qui lutum præstat, & alter ad meridiem erga Montem -- ægrotorum, qui Fons *Lastre* vocatur, ejusque *Lastrenses aquæ* appellantur a Hieronymo Mercuriali (*b*). Hæ Thermæ nomen S. Petri accepere a Templo eidem S. Petro dicato, quo in loco dumtaxat duo balnea in taberna reperiuntur non multum usui convenientia. Collis jam superius indicatus subter a crypta fornice exornata excavatus est; sed alibi forsan hanc describam.

Longe a S. Petri thermis orientem versus circiter CCCC. passus se se offert monticulus jam dicto paulo altior, qui in medio amœnissimæ vallis solus instar coni exsurgit; constat & ipse, ut alii Euganei montes stratis lapidis arenosi; & hic vulgo *Mons - Bortolonus* vocatur, ad cuius

- ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞
- (a) De cuius alveo sic Gratianus *Thermarum Patavinarum examen &c. Patavii. 1701.* cap. 1. pag. 4. „ Hoc paucis „ abhinc annis inopinato desi- „ dens tellus plurimum auxit, „ ingenti hominum multitudi- „ ne vix amota, quam subitus „ ortum murmur eodem tem- „ pore perterrituerat. „
- (b) *De morbis muliebribus pælectiones ex ore Hieronymi Mercurialis jam dudum a Gasparo Baubino exceptæ &c. Venetiis. 1587. lib. 4. cap. 22. De uteri pæfocatione pag. 195.*

cujus radices occasum, & civitatem versus aquæ quamplurimæ calidæ exiliunt; erga vero occidentem magis effluens aqua, olim in nova Domo recepta erat ad sallem ex ipsa aqua conficiendum; unde *Balneum Domus novæ* vocabatur, quod hinc extitisse probabile videtur ab ipsa descriptione antiquorum Scriptorum de aquis calidis Patavinis; quamvis nunc neque domus, neque balnea appareant.

Ab hoc monte DC circiter passuum intervallo meridiem versus Balneum est in amoenissima planicie, quod a monte propinquo nomen recepit, idest *Balneum montis ægrotorum*, aut corrupto vocabulo *montis-groti*. Hoc antiquissimum, & salubre Balneum incuria dirutum, diligentia autem, & sedulitate Cl. Medici Physici Mingoni proprio sumptu restitutum est, & tota domus pro ægrotorum, hospitumque commodo restaurata atque ornata: Hic præter duo antiqua laconica, quatuor nobilia balnea constructa sunt. Ante domum urbem respiciens est prægrandis fons, seu vulgo *Fontica*, in quem perenniter magna quantitate aquæ calidæ effluunt: Figura hujus fontis est quasi circularis lapidibus propinquorum montium scalpello elaboratis circumdatus; cuius circumferentia est pedum CCLXXXVIII: Ab hoc fonte quinque pedes & octo pollices distat puteus seu cisterna aquæ falsæ frigidæ: & ad meridiem parum longe a domo ex parvo fonte lutum extrahitur. In altera vero domus parte erga occasum maximi balnei antiqui vestigia adhuc conspicuntur, quod nuper ignorantia, & lucri aviditate destruetum fuit: attamen diversa alia minoria balnea semisepulta hinc inde, confossa terra, deteguntur.

Aquæ hujus mirabilis Fontis, quæ satis abunde molendino inservirent, una cum aquis S. Petri, & *Domus novæ* ultra *Cattajum* proprio canali, *Pigozzo* vocato, sub ramo Medoaci minoris confluunt.

A Mon-

A Monte ægrotorum procul plus quæm duo millia passuum quædam spatioſa convallis extenditur, excepta meridionali plaga, undique cincta collibus. In hac ad radices cujusdam Montis orientem versus est antiquum Templum S. Bartholomæo dicatum, in cuius vestibulo a Templo, vix XV passus longe, tres calidarum aquarum scaturigines reperiuntur, quæ in parva lacuna inde colliguntur, ex qua lutum illud valde commendatum extrahitur; lacuna vero profunda est fere pedes duos, ejusque circumferentia est pedum LXXXIII: In propinquo autem prato ad septentriones fons exsurgit aquæ subtrepidæ. Ager prope has thermales aquas niger multum, ac pinguis est, ita ut difficilime ab aqua pluviali mandefiat. Aquæ istiusmodi a supradicto Templo nomen suffcepere, idest Balnea S. Bartholomæi. Prope idem Templum antiqua domus adhuc exstat, quæ olim forsitan balneantibus inferviebat.

Quæ prædicta convallis orientem & meridiem respicit non procul a vico *Battaleæ*, a Patavio tamen plus quæm octo, & ab Apono vix quinque milliaria, juncundus elevatur mons planicie quaqua versus cinctus; cuius montis venustatem augent viridaria, & magnificæ lapideæ scalæ, quæ nobilem & commodum præbent ascensum ad venustum Palatium Marchionis Sylvatici Estensis in vertice constructum: Ex illius quidem septentrionali latere aquæ calidissimæ emanant, quæ S. Helenæ nomen habuere ob facellum eidem Sanctæ dicatum; ibi est domus cum multis balneis, stilicidiis, ac laconico: In altera vero collis parte inter orientem & meridiem maximus fons aquæ calidæ est, a quo cœnum habetur: His accedunt alii duo fontes ante domum Balneorum fluentes. Omnes hæ aquæ simul cum pluvialibus aquis sub propinqui Medoaci minoris ramo in navigabili canali ad mare usque feruntur una cum alio Medoaci ramo.

Præ-

Præter has aquas, plurimæ aliæ thermales occurrunt in Euganeis montibus; quippe vix centum & quinquaginta passus longè a Balneis S. Bartholomæi in loco, vulgo dicto, *Bagnarolo* aqua calida scaturit, & sic in Cœnobio *Montis-Ispidæ*, ut etiam non longè a Monte-ortone in loco dicto *Tramonte* in domo *Garspiæ*, ut quoque in *Taurilia*: In Arquà duobus in locis aquæ calidæ effluunt, nempe prope lacum, & post montem prope semitam quæ dicit ad Vallem S. Eusebii; aquæ calidæ etiam in loco vulgo *Fonte-frigido*, ubi olim balneum erat; atque in Valle *Calaona* apud Montem *Lozzum*, & alibi visuntur; de quibus in secunda parte hujus operis sermonem habebimus.

Aer saluberrimus in omnibus nostris thermis spirat, quamvis aliquibus in locis circa ipsas, aqua thermalis cum dulci misceatur, ideoque putrefacat (*a*), quæ tunc exhalat spiritum alcalinum volatilem acrem, ac corrosivum (*b*), qui pessime aerem inficit: Sed quum hæ exhalationes alcalinæ in atmosphæra elatae reperiant thermarum exhalationes acido-sulphureas, tunc simul miscentur, & aliquid ter-

(a) Quum aquæ calidæ Patavinæ contineant, ut videbimus *cap. 4.* sal neutrum marino simile, si cum dulcibus aquis misceantur, facilè putrefiunt, earumque sal neutrum, urinosum evadit; quare insaluber fit aer, sicuti Cel. Joannes Targionus Tozzettus nuper ostendit in opere, cuius titulus est sequens. *Ragionamento del Dottore Giovanni Targioni Tozzetti sopra i Rimedj della Insalubrità dell' aria della Valdinievole*

*tra Pistoja e Lucca* &c. Firenze. 1760. Parte 4. Paragrafo 57. demonstrat rationibus, ac exemplis, quod ille aer sic insaluber est ob miscellam aquæ salæ *Tettucii* cum aqua dulci, quia inde putrescendo hæ aquæ exhalationes pessimas emitunt. &c.

(b) *Lancisi opera varia* &c. Venetiis. 1739. tom. I. De noxiis paludum effluviis &c. lib. I. pars. I. cap. 12. §. II. pag. 147. & seqq.

tertii oritur innocuum & potius salubre ; quippe idem, quod in vase accidit, etiam in atmosphera contingit (*a*), nec experimenta desunt hoc probantia (*b*). Cur igitur aere tam optimo Venetiæ gaudent, quamvis a paludibus circumdatae? præter fluxum & refluxum maris, nisi ob acidum volatile, quod assidue a mari emittitur (*c*). Insuper quod magis propositionem nostram confirmat, est, sulphuris fumus semper existimatus fuit tamquam tutum atque validum noxii aeris remedium (*d*).

Descripta positione, & præsenti nostrarum Therma-  
rum

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) Petrus Muschenbroekius.  
*Essai de Physic.* chap. 38. §.  
1490. n. 16.

(b) Idem Muschenbroekius  
experimenta affert. *l. c.* §. 1767.  
ut etiam Federicus Hoffmannus.  
*Observat. Physico-Chim.* lib. 2.  
*obs.* 9. qui sic ait. „ Supereft  
„ adhuc alia, eaque valde cu-  
„ riosa effervescentia species,  
„ quæ oritur in aere, ex fu-  
„ mis liquoris acidi, & alca-  
„ lini inter se concurrentibus,  
„ quo fit ut orificiis vitro-  
„ rum invicem sibi admotis,  
„ nebula & albicans crassus va-  
„ por exsurgat. Nam quemad-  
„ modum acidum cum alcali  
„ mixtum ingentem mutatio-  
„ nem subit ratione coloris,  
„ virtutis, odoris; ita etiam  
„ horum vapores acidi, & al-  
„ calini volatiles id efficiunt,  
„ quum vapor ex spiritu pro-

„ grediens nihil aliud sit, quam  
„ ipsum sal, mediante calore,  
„ & aere in tenuissimum va-  
„ porem conversum. Exinde  
„ argumentari possumus varii  
„ generis effluviis refertum ef-  
„ se aerem, quæ si diffimilis  
„ fuerint naturæ, occursu in-  
„ vicem factò facile alterari,  
„ & immutari, adeo ut quæ  
„ naturæ animantium summè  
„ hostilia fuerint, mixtione,  
„ & confectione cum a-  
„ liis omni noxa privari que-  
„ ant.

(c) Lancisius *l. c. lib.* I.  
*cap.* 5. *n.* 7. *pag.* 141., & ante  
Lancisium Ludovicus Testius  
*Disinganni, ovvero ragioni*  
*fisiche sopra l' aria di Venezia*  
*esser salubre. Colonia.* 1694.

(d) Lancisius *l. c. lib.* I.  
*par.* 2. *cap.* 7. *n.* 6. *pag.*  
183.

rum constitutione, mox nonnulla de antiqua illarum historia dicam.

Omnibus Patavinis Thermis antiquitus ab Euganeis, ut opinamur (*a*), græcum nomen inditum fuit, id est Απονος, quod sine dolore, labore, malo significat, quoniam apud Græcos ἀπονία, id quod *dolorē*, οὐ molestia caret, & apud Græcos Medicos ἀπονα significant *medicamenta*, quæ *dolorem leniunt*. Plinius tamen (*b*), & Cœlius Aurelianus (*c*) *calidas aquas Patavinas*, aut *Patavinos fontes* vocant absque Aponi nomine; attamen videtur, quod *Aponus Fons* vocatus sit a Silio Italico (*d*), Lucano (*e*); a Martiali tamen (*f*), atque a Svetonio (*g*) *Aponi fons*, tamquam, ut dubitat Cluverius (*h*), a proprio alicujus rei nomine, seu Svetonius forsan intellexisset Aponum amnem, qui a prædicto simul atque aliis fontibus calidis profluit, ac a ramo Medoaci absorbetur. Vulgari nomine *Abano*, & corruptiori *Ebano* (*i*) appellatur.

Quæ-

(*a*) Vide cap. I. *hujus Tract.*  
*pag. 4.*

(*b*) *Hist. Nat. lib. 2. cap. 103.*, οὐ *lib. 31. cap. 6.*

(*c*) *lib. 2. Morborum lento- rum cap. I. pag. 260.*, prout corrigit Mercurialis *Variarum lectionum lib. I. cap. 13.*

(*d*) *lib. 12.*, *Huic Pater*  
,, *Eridanus Venetæque ex or-*  
,, *dine gentes,*  
,, *Atque Apono gaudens po-*  
,, *pulus.*

(*e*) *lib. 7.*, *Euganeo* ( si  
,, *vera fides Memorantibus*) au-  
,, *gur.*

„ *Colle sedens*, *Aponus*  
„ *terris ubi fumifer exit.*

(*f*) *lib. 6. epigram. 26.*, *Nec*  
„ *fontes Aponi, rudes puellis.*

(*g*) *In Vit. Tiberii.*

(*h*) *Italia antiqua &c. Lugd.*  
*Batav. 1624. lib. I. pag. 153.*

(*i*) *Hoc nomine utitur Sa-*  
*vonarola lib. 2. rubr. I.*

Quædam insula circa Siciliam *Aponiana* dicebatur (*a*) ; & nomine *Aponia* multæ Mulieres Romanæ , & *Aponii* nomine etiam quidam Homines vocabantur, ut legi potest apud Ludovicum Muratorium (*b*). Demum in Syria Damasci flumen est a Divo Hieronymo (*c*) *Abana* vocatum.

Nomen hujusmodi hisce Thermis, ut jam vidimus, ab Herculis sociis inditum fuisse opinatur vulgo; verum dubium valde est, an Hercules huc venerit; sed potius, ut ait Tacitus, dicendum est, *sive adiit Hercules, seu quidquid ubique magnificum est, in claritatem ejus referre censuimus*. Pignorius (*d*) coniici posse putat huc venisse Herculem ob numisma terra erutum ipsius Pignorii temporibus, in quo Hercules capite coronato visitur, ita ut in altera parte idem exprimatur Hercules stans, clavam, tamquam percussurus aliquem, manu vibrans; im-

E 2 pressa

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞


(*a*) Polybius lib. I. cap. 60.  
de prælio ultimo belli punici  
ἐπλευσε πρὸς τὴν, Αἴγαστρην  
τῆσσον τὴν πρὸτερὰ Λιλυβαιον νε-  
μένην navigavit ad Insulam Ἑ-  
gusam, quæ ante Lilybeum sita  
est; quam Insulam Cluverius B.  
Afric. cap. 2. putat esse Hirtii  
*Aponianam*.

(*b*) Novus Thesaurus Veterum  
Inscriptionum &c. Mediolani.  
1742. Classis 17. pag. MDLXXI.  
12., pag. MCCC. 6., pag. MCCIX.  
2., p. MCCXL. 9., p. MCDXXXV.  
7., p. CMXXIII. 1., p. CMXLIX.  
3., p. MDLXXI. 11., p. MCCC. 6.,  
p. CDLXX. 6. p. MCCXCVIII. 2.

(*c*) Onomast. Urb. & Loc. S.  
Scripturæ, de quo flumine lo-  
quitur in lib. 4. Regum. c. 5.  
v. 12., cui nomen hujusmodi  
datum fuisse creditur a Bonfrer  
(in not. Onomastici) ad signifi-  
candum Petrosum. Vide Descri-  
ption generale de l'Asie premie-  
re partie du monde &c. composé  
premierement par Pierre Davity,  
reueu, corrigé &c. par Jean Ba-  
ptiste de Recoles &c. a Paris.  
1660. estats du Turc en Asie.  
pag. 71.  
• (*d*) I. c. cap. 15. pag. 69.  
in not.

pressa ibidem est nota S.C.. Quando hoc numisma non pertineat ad Imperatorem Cajum Caligulam, qui Herculem se esse gloriabatur (*a*), aut ad alium Romanorum Augustum, quippe nota illa S. C. facile significabit *Senatus Consulto*; scimus enim Septimio Severo (*b*) nummum cum Herculis imagine cusum fuisse; & alium a Tar-sensibus Maximino Augusto cum Hercule (*c*): Quare suspiciari licet hunc Herculis adventum fabulosum esse, & hujus fabulae inventum facile originem duxisse ab ipsis aquis calidis; quoniam Aristophanes (*d*) ait *Lavacra τὰ ἡδυστα Ήράλεια ἐπωρυμίαι ἔχοντα εἰς quæcunque sunt suavissima, Herculis habent cognomen.* Et omnes calidi fontes, qui e terra erumpunt, Herculi a Veteribus sacri semper sunt habitu, ut tradit Atheneus (*e*) *τὰ Θερμὰ λατρεῖα φαινόμενα εἰν τῆς Ήραλέειαι τὰ ισπά calidas aquas quibus lavamus, e terra scaturientes Herculi sacras existimavit Antiquitas, propter calida lavacra, quibus usum Herculem ferunt, cui boves Geryonis per Siciliam agenti scaturire fecit Minerva, (non vero Vulcanus, sicuti voluit Ibis) ut fessas longo itinere vires in iis lotus recolligeret (*f*): Verum aliquam veritatis speciem præfert de Herculis adventu in hanc regionem, Geryonis oraculum; nam testatur Diodorus Siculus lib. IV. sua adhuc ætate superfluisse prope *Leontinos* in Sicilia templum, quod Geryoni dicaverat Hercules. Quidquid sit hanc controversiam libenter Viris eruditis dirimendam relinquimus.*

Cum



(*a*) Dio lib. 59.

(*c*) Caryophilus l. c. pag.

(*b*) De Thermis Herculani

100.

nuper in Dacia detectis Paschalis

(*d*) Orat. in Herc. pag. 63.

Caryophili Dissert. epist. editio

(*e*) lib. 12. pag. 512.

secunda. Mantua. 1739. pag.

(*f*) Schol. Aristoph. in Nub.

77. 78.

1047.

Cum mos fuerit apud Gentiles Fontium origines colere, sacrosque honores eis tribuere; ut habemus a Sexto Julio Frontino (*a*): Ideo prope has Thermas in colle

*(a) De aqueductibus Urbis Romæ Commentarius antiquæ fideli restitutus, atque explicatus opera & studio Joannis Poleni. Patavii. 1722. art. 5. pag. 12.*

,, Fontium memoria cum „ sanctitate adhuc extat, & „ colitur: Salubritatem enim „ ægris corporibus afferre cre- „ duntur, sicut C. Ammara- „ nius Apollinaris meminit.,, Testimonia auctorum, qui de sanctitate, & cultu fontium verba fecere omnibus (quos viderim, ait Cel. Polenus *ibid. in nota 2.*) fusius collegit Joannes Chifletius in libello, cui titulus, *Aqua Virgo Fons Romæ &c. ex Gemma annulari.* Quo in libello hic vir scribit „ aquas in ipso ortu fuisse ado- „ ratas, illisque statuas & fa- „ cella erecta, ut Virginis ex „ hac Gemma liquet.,, nem- pe ex ea de qua agebat. Ri- tus vero fontes adorandi exple- ri poterat accendendis lumini- bus, ut notavit Carolus Anni- bal Fabrottus supra legem XII. *Cod. Theod. de Paganis Sacrifi- ciis & templis ex auctoritate S. Cyrilli I Catech. Mystagog. &c.* Apud Gentiles mos erat etiam qui Fontes invisebat ali- quod signum, aut laudes nu- minis ibi culti relinquere, de qua re sic scriptum reliquit Plinius secundus *lib. epist. 8.* agens de Clitumno fonte.,, Nam „ studebis quoque & leges, mul- „ ta multorum omnibus co- „ lumnis, omnibus parietibus „ inscripta, quibus fons ille „ Deusque celebratur.,, Ruti- lius Numantinus idem testa- tur de balneis sic.

,, Hæc quoque Pieris spiracula comparat antris „ Carmine Messalæ nobilitatus ager; „ Intranemque capit discedentemque moratur „ Postibus affixum dulce poema sacriss.

Quapropter etiam Claudia- ri valde familiaris, qui cum nus vates Honorio Imperato- ipso Augusto Patavii erat an-

no

le forsan *Montanionis*, sub quo adhuc via subterranea  
con-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

no 397, aut 399, ut colligi-  
mus ex Legibus ipsius Hono-  
rii Patavii datis; Ursatus ta-  
men vult anno 393 (*Parte I.*  
*lib. I. pag. 95*). Ipse igitur  
Claudianus Aponum petiit, &

sequens epigramma in ejus ho-  
norem composuit (*Poemata &c.*  
*Venetiis. 1680. pag. 289*),  
quod Italibus carminibus trans-  
latum legitur in calce operis  
Portinarii.

*Fons Antenoreæ vitam qui porrigit urbi :*  
*Fataque vicinis noxia pellis aquis.*  
*Cum tua vel mutis tribuant miracula vocem,*  
*Cum tibi phœbeus carmina dictet bonos,*  
*Et sit nulla manus, cuius non pollice ducere*  
*Testentur memores prospera vota notæ :*  
*Nonne reus musis pariter, nymphisque tenebor,*  
*Si tacitus soli prætereare mibi ?*  
*Indictum quid enim fas est a vate relinqui,*  
*Hunc qui tot populi pervolat ora locum ?*  
*Alto colle minor, parvis erectior arvis*  
*Conspicuo cliuus molliter orbe tumet.*  
*Ardentis fœcundus aquæ, quacunque cavernas*  
*Perforat, offensus truditur igne latex.*  
*Spirat putre solum. conclusaque subter, anbelo*  
*Pumice rimosas perforat undæ vias.*  
*Humida flamarum regio, Vulcania terræ*  
*Ubera : sulphureæ fervida regna plague.*  
*Quis sterilem non credat humum? fumantia vernant*  
*Pascua: luxuriat gramine cocta silex.*  
*Et cum sic liquido cautes fervore liquefiant?*  
*Contemptis audax ignibus herba viret.*  
*Præterea grandes effuso marmore sulci*  
*Saucia longinquo limite saxa secant,*  
*Herculei (sic fama refert) monstratur aratri*  
*Semita, nec casus vomeris egit opus.*

In

In medio, pelagi latè flagrantis imago  
 Cœrulus immenso panditur ore lacus,  
 Igniti fusus spacio: sed major in altum  
 Intrat: & arcanæ rupis inane subit,  
 Densus nube sua: tactuque immitis, & baustu,  
 Sed vitreis idem lucidus usque vadis.  
 Consuluit natura sibi: ne mersa lateret,  
 Admisitque oculos, quo vetat ire calor.  
 Turbidus impulsu venti cum spargitur aer,  
 Glaucaque fumiferæ terga serenat aquæ:  
 Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi,  
 Tunc veteres hastæ regia dona micant.  
 Quas inter nigre tenebris obscurus arenæ  
 Discolor abruptum flumen hiatus agit.  
 Apparent intus latebræ: quas gurges opacus  
 Implet: & abstrusos dicit in antra sinus.  
 Tum montis secreta patent: qui flexus in arcum  
 Æquora pendenti margine summa ligat.  
 Viva coronatos adstringit scena vapores  
 Et levis exili cortice terra natat.  
 Calcantumque oneri nunquam cessura virorum  
 Sustentat trepidum fida ruina pedem.  
 Facta manu credas: sic levis circuit oras  
 Ambitus: & tenuis, perpetuusque riget.  
 Hærent stagna loco plenas æquantia ripas,  
 Præscriptumque timent exiluisse modum.  
 Quod superat, fluvius devexa rupe volutus  
 Egerit: & campi dorsa recurva petit.  
 Devehit exceptum nativo spira meatu:  
 In patulas plumbi labitur inde vias.  
 Nullo cum strepitu, madidisque infecta favillis  
 Despumat niveum fistula cana salem.  
 Multifidas dispergit opes: artemque secutus  
 Qua jussere manus, mobile torquet iter.  
 Et junctos rapido pontes subtermeat æstu:  
 Afflatoisque vago temperat igne tholos.  
 Acrior interius rauci cum murmure saxi  
 Spumeus eliso pellitur amne vapor,

Hinc

conspicitur (a), templum Geryoni dicatum ab Ethnicis  
ex-

Hinc nigras repetunt seffi sudore lacunas :  
Frigora queis longe blanda dedere moræ.

\* \* \* \* \* \* \* \* \*

Salve paeoniae largitor nobilis undæ,  
Dardanij salve gloria magna soli  
Publica morborum requies : commune medentum  
Auxilium : præsens numen : inempta salus.  
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis,

Et nostro pblegeton devius orbe calet.

Sulphuris in venas gelidus seu decidit amnis :  
Accensusque fluit, quod manifestat odor.  
Sive pares flammis undas in lance rependens,  
Arbiter in fœdus mons elementa vocat.

Ne cedant superata sibi : sed legibus equis,  
Alterius vires possit utrumque pati.

Quidquid erit cause : quounque emitteris ortu :  
Non sine consilio currere certa fides.

Quis casum meritis adscribere talibus audet ?  
Quis negat auctores hæc statuisse Deos ?

Ille pater rerum qui sœcula dividit astris,  
Inter prima poli se quoque sacra dedit .  
Et fragilem nostri miseratus corporis usum ,  
Tellurem medicas fundere jussit aquas.

Parcarumque colos exoratura severas  
Flumina , nec sævo Sirius igne nocet .

Sed quamvis Lachesis fatalia stamina damnet ,  
Inde sibi fato prosperiora petunt .

Quod si forte malus membris exuberat humor  
Languida vel nimio viscera felle rubent ,  
Non venas resecant : nec vulnere vulnera sanant :  
Pocula nec trifl gramine mixta bibunt .  
Amissum lymphis reparant impunè vigorem  
Pacaturque ægro luxuriante dolor .

(a) Scardeonius lib. 1. claf. 2. pag . 43.

extructum fuerit (*a*), ibique Augur morabatur, qui fuit C. Cornelius, de cuius prædicendi facultate sic cecinit Marcus Anneus Lucanus, qui sub Nerone floruit, atque sub ipso vitam amisit ob conspirationem contra ipsum Augustum (*b*).

*Euganeo ( si vera fides memorantibus ) Augur  
 Colle sedens: Aponus terris ubi fumifer exit,  
 Atque Antenorei dispergitur unda Timavi (*c*),  
 Venit summa dies geritur res maxima , dixit ,  
 Impia concurrunt Pompeij , & Cæsaris arma.  
 Seu tonitrus ac tela Jovis præsaga notavit  
 Æthera: seu totum discordi obſistere cælo  
 Prospexitque polos : seu lumen in æthera mæſtum  
 Solis in obscuro , pugnam pallore notavit ,  
 Difſimilem certe cunctis , quos explicat , agit  
 Thessalicum natura diem: fit cuncta perito  
 Augure mens hominum , cœli nova signa notasset ,  
 Spectari e toto potuit Pharsalia mundo.*

C. Svetonius Tranquillus (*d*) sic de Geryonis oraculo scriptum reliquit: „ & mox cum Illyricum *Tiberius* pe- „ tens, juxta Patavium adiisset Geryonis oraculum, forte „ trācta, qua monebatur ut de consultationibus in Apo-

F. ni

(a) Ut etiam ad Timavi Thermas Diomedis Fanum extitisse aliqui affirmant. Vide Thomam Juntam *de Thermis quæ ad Timavi ostia sunt.* pag. 307. in opere *de Balneis &c.* Venetiis apud Juntas. 1553.

(b) lib. 7.


(c) Vide cap. I. pag. 12.

(d) *De XII Cæsaribus libri 8. Isaacus Casaubonus recensuit. &c. 1605. lib. 3. Tiberius Cæsar. pag. 69.* Svetonius, ut etiam Plutarchus floruere sub Adriano Augusto.

„ ni fontem talos aureos jaceret: evenit ut summum numerum jaeti ab eo ostenderent: hodieque sub aqua vi suntur ii tali „. Quorum unum Pignorius (*a*) vidisse dixit apud Ludovicum Corradinum ex ære antiquo, punctis, ut hodie sit, signatum, & prope Aponi fontem repertum; atque Corradinus asserebat unum esse ex illis Tiberii, atque apud Svetonium non debere legi *talos aureos*, sed *talos æreos*; ast de hac re quis fidem habere Corradino potest?

Plutarchus (*b*) *in vita Cæsaris* de illo C. Cornelii vaticinio sic refert „ Patavii C. Cornelius augurali scientia præditus, Livii historici conterraneus, ac familiaris: eo die quum ad captanda sedisset auguria, primum, ut Livius dicit, pugnæ tempus agnoscens, stantibus dixit: jam res ipsa conficitur: jam viri opus ineunt. Iterum ad auspicium reversus, & signa contemplatus, more lymphati exiliit vociferans; Vincis Cæsar. Ea res quum vehementem astantibus stuporem incussisset: ille detra etam capiti coronam, non ante repositurus adjuratus est, quam res arti testimonium astipularetur. „ Quod ab Aulo Gellio (*c*), & a Dione (*d*) confirmatur: Sed his prætermisis, quæ forsan fabulosa sunt, haud incertum est, nostras Thermas sub Romano Imperio viguisse, atque a multis frequentatas fuisse, sicuti colligere possumus ex sequentibus inscriptionibus diverso tempore circa Apo num inventis.

C.



(*a*) *I. c. cap. 15. pag. 63.*

(*b*) *La seconda parte delle vite Sc. tradotte da M. Lodovico Domenichi. Venezia. 1555. vita di Cajo Cesare. pag. 78.*

(*c*) *lib. 15. cap. 18. Aulus*

Gellius scripsit temporibus Mar ci Aurelii Augusti.

(*d*) *Dione tradotto dal greco da M. Nicolò Leoniceno. Venezia. 1533. libro 41. pag. 66.*

C. ATIA. C. F. PRIMA

SIBI. ET

Q. SICINIO M. F  
VIRO SVO

V. F.

IN. FRONT. P. XX

RETRO. P. XX

H. L. ET. M. H. N. S.

In cuius parte postica legitur

DIS PENATIBUS

Quæ inscriptio parum diversa est ab illa, quam a Scardeonio habemus (*a*): Et Pignorius (*b*) legendo solummodo *Dis Penatibus* credidit hanc fuisse ipsorum Deorum aram; quidquid sit, hanc in vico Aponi fuisse memorat Scardeonius (*c*), & Gruterus (*d*), quam Ursatus (*e*) denuo edidit: Nunc eadem inscriptio, cum alia, columnam format in porticu cujusdam domus Marchionis de Dondis, seu de *Horologiis* prope hoc Archigymnarium Patavinum.

Idem Ursatus alias duas inscriptiones edidit in Apono  
F 2 in-

(*a*) lib. I. claf. 4. pag. 68.

(*e*) *Istoria di Padova*. lib.

(*b*) l. c. cap. 10. pag. 33.

1. pag. 100. *Monumenta Pata-*

(*c*) *ibid.* pag. 61.

*vina*. *Patavii*. 1652. lib. I.

(*d*) fol. 759. n. 4. & fol.

sext. 4. pag. 181.

inventas (*a*), quæ tempore F. Jacobi Salomonii (*b*) Rhodigii erant apud Camillum Comitem de Sylvestris.

I.

Q. MAGVRIVS. Q. F. FAB.  
FEROX.

LVS. EPIDIXIB. ET. CETAES I. II. III. IN  
GREG. VETVRIANQVAE. ET IVNI  
ORVM. A.A. DICAVIT. EVRAS VIII  
ET PERTIC. VNCINOR. XII. N. CCL. LX.

Quæ inscriptio eruditè explicatur a Luca Holstenio in epistola (*c*) ad Joannem Rhodium, cuius Holstenii interpretationem integrum hīc pono; quoniam ex ipsa cognoscitur, olim in nostris Thermis aedificia aliquo modo illis Thermarum Romanarum similia fuisse.

„ Ego enim Patavinam inscriptionem existimo Magurius civis Patavini, aquis Aponi dedicatam, in quarum margine repertam scribis. Magurius ille in xylo five porticu aquis imminenti de suo posuerat Euras illas & perticas, quas lapis commemorat, ut lusoribus gregis „ Ve-

(*a*) *I. c. sect. 5. pag. 211.*

(*b*) *Agri Patavini Inscriptio-  
nes sacrae & profanae &c. quibus  
accedunt vulgatae anno 1654. a  
Jacobo Philippo Tomasino &c.  
Patavii. 1696. pag. 161.*

(*c*) *Apud Ursatum ibid. lib.  
1. sect. 10. pag. 349. Eam-  
dem inscriptionem quoque ex-  
plicavit Licetus, & Comes Ca-  
rolus de Sylvestris Calogerà*

*Opusc. tom. 6. pag. 421. & seq.  
de qua ita scribit Fabrettus in  
Inscriptionibus. pag. 663. ,,, Ad  
,, Aquas Aponas spectare hanc  
,, Inscriptio- Holstenius, &  
,, Reinesius, qui eam illustra-  
,, runt, ex notis illis A.A.  
,, concordi sententia arbitrati  
,, sunt, locusque ipse ubi lapis  
,, inventus est, fidem facit. ,,,*

„ Veturianæ , quæ grex etiam juniorum dicebatur , eo-  
rumque exhibitionibus sive exercitiis servirent .

„ Q. Magurium Patavinum fuisse ostendit tribus Fa-  
bia , in quam omnes Transpadanæ civitates relatæ fue-  
re , cum Romana civitate donarentur . De Brixia , Ve-  
rona , Mantua multi lapides id testantur apud Rossium ,  
Panvinium , & Gruterum .

„ FEROCIS cognomen sæpius antiqui lapides exhi-  
bibent . Sic Annius Ferox senior , & junior apud Gru-  
terum MLXXXIX . 6. ut alios taceam .

„ LVS. EPIDIXIB. ET. CETÆS I. II. III. de Luso-  
rum epidixibus & Zetæs , sive diætis tribus intelligo .  
„ Ideoque in voce CETÆS errorem quadrantarii , vel  
„ potius scriptoris Patavinitatem agnosco , qui pro Z.  
„ posuit C. forte quod vocis originem , & orthographiam  
„ ignoraret . Luforum epidixes in thermis , & xylistis o-  
lim exhibitas , notius est , quam ut indicari a me de-  
beat , post Mercuriale , Fabrum & alios . Epidixes  
„ autem de omnium generum ludis , & artificiis , non  
„ de solis poetarum , & rhetorum recitationibus accipi  
„ cum aliis , tum Cresollius in veterum rhetorum thea-  
„ tro prolixo docet . Porticum vero illam mille pedum ,  
„ cuius vestigia juxta aquas Aponi Scardeonius , & Pi-  
„ gnorius extare affirmant , ædifica sive distincta cubicu-  
„ la , ( has enim Zetas veteres dixerunt ) quamplurima  
„ habuisse ignorare non potest , qui Vitruvium legerit  
„ lib. v. cap. xi. ubi de Palæstris & Xystis agit .

„ GREG. VETVRIAN. Integris vocibus Gregis Ve-  
turianæ explico . ubi illud primum moneo , Gre-  
gem feminino genere olim dictum fuisse , quod Lu-  
cretii exemplo & auctoritate firmat Nonius , apud  
quem Bucerianæ greges lib. 2. legitur , sic quoque  
in magno inscriptionum opere CCCXXXVIII. 5.

„ GREX.

„ GREX. RVSSATA habetur. Veturiana autem dice-  
 „ batur, quod a Veturio aliquo instituta fuerit: hanc  
 „ enim Veturianam familiam Patavii fuisse docent la-  
 „ pides antiqui apud Gruterum DCCCCLVII. 10. &  
 „ DCCCXCV. 1. & aliis, qui Vigizzotti extat DLXVIII.  
 „ 2. ex Scardeonio. Vicentiæ quoque Viturios fuisse o-  
 „ stendit lapis DCCXLVIII. 8.: Eadem grex sive schola  
 „ Luforum etiam juniorum appellabatur, sive quod non  
 „ nisi juvenes ad eam admitterentur, sicuti apud Grute-  
 „ rum LVSVS IVVENVM legitur; sive potius quod  
 „ jam ante alia schola sive grex luforum fuisset in iis-  
 „ dem thermis instituta, ut apud Gruterum DCCXI. 2.  
 „ Tribules corporis junioris in tribu Palatina, & MCXV.  
 „ 8. Tribules corporis seniorum clientium tribus Palati-  
 „ næ, atque ita passim in notitia Imperij scholæ mili-  
 „ tum juniorum & seniorum leguntur.

„ A. A. Aquis Aponis intelligo, atque ita Scaliger in  
 „ indice magni operis inscriptionem Patavinam apud Gru-  
 „ terum DCCCCXVIII. 3. Vale ad aquas, reſte Aponas  
 „ explicat. Fontibus autem sive aquis, præsertim medi-  
 „ catis, quod sacræ haberentur, varia dedicata constat ex  
 „ antiquis monumentis . . . .

„ EVRAS non intelligere unus Pollux docet, cui va-  
 „ ria curruum ferramenta explicanti libro 1. cap. 10.  
 „ Euræ sunt ferramenta quibus axes curruum muniun-  
 „ tur, & quæ rotis atteruntur. Romæ vulgo sprangas  
 „ ferreas vocant. Ego hoc loco ferramenta vel muro  
 „ vel trabibus ligneis infixa accipio, quæ perticas unci-  
 „ nis clavatas sustinerent, ea scilicet forma, qua appinxi.  
 „ Perticarum autem & uncinorum usum eum fuisse puto,  
 „ ut vel lavantium, vel potius ludo se se exercentium  
 „ vestimenta sustinerent. Hunc obscurissimæ inscriptionis  
 „ sensum existimaverim, donec viri doctiores veriora me-

„ do-

„ docuerint . Romæ, xxiv. Augusti. CICICLII. „  
Secundus lapis , ab Urfato allatus, hic est (a).

M. COCCEIUS  
M. LIB.  
IANUARIVS.

Alteram inscriptionem præbet F. Jacobus Salomonius  
(b) suo tempore in via Aponi repartam in lapide terræ  
fixo.

O. . . . L. . . M. . . SYMPRO.  
TRYP. . II. N. . SYMPRO  
NIAE ... TRYPI. III. NA.

Ludovicus Muratorius (c) alias quatuor inscriptiones  
affert, quarum prima jam edita a Gl. P. Angelo Callo-  
gierà, secunda & tertia sunt denuo editæ a Marchione  
Maffæo (d), ultima demum a P. Callogierà.

A. A.  
C. CLVENTIVS. C. F.  
ROM. PROCVLVS  
ATESTE AEDILIS. II. VIR. QVAESTOR  
AERARII. BIS. PONTIFEX. V. S.

„ Aquis Aponi Cajus Cluentius Caij Filius Romiliæ  
„ Pro-

(a) *Istoria di Padova*. l. c. *Inscript. &c.* pag. LXXXVII. n. 8.  
*Monumenta Patavina &c.* lib. I. 9. IO. II.

sect. 5. pag. 211. (d) *Museum Veronense &c.*

(b) l. c. Veronæ . 1749. pag. LXXXIX.

(c) *Novus Thesaurus Veter.* n. 1. 2.

„ Proculus Ateste ædilis Duumvirum Quæstor Ærarii bis  
„ Pontifex Votum solvit. „

A. IVNIVS  
MACRINORVM. L.  
NIGELLVS  
A. A. V. S. L. M.

„ Aulus Junius Macrinorum Libertus Nigellus Aquis  
„ Aponi Votum solvit libens merito. „

M. TERENTIVS  
M. L. SECVNDVS  
A. A. V. S. L. M.

„ Marcus Terentius Marci Liberti Secundus Aquis  
„ Aponi Votum solvit libens merito.

A. A.  
C. TREBIVS  
C. F.  
FIRMVS  
CVM. DONO  
V. S. L. M.

„ Aquis Aponi Caius Trebius Caij Filius cum do-  
„ no Votum solvit libens merito. „

Sequentem Inscriptionem (a) ad Aponi Aquas non  
pertinere suspicari potest cum Cel. Co: Jo: Dominico de  
Pol-

(a) Ursati monumenta Patavinae. pag. 277. n. 6., & To- masini elogia tom. II. pag. 331.

Polcastris (*a*), quia hic lapis quo loci inventus sit, adhuc ignoramus; ideoque non cogimur siglas A. A. interpretari *Aquis Aponi*; nam cum Ursato legi possimus *Apud Agrum*, vel *Auro Argento*. Nihilominus cum Patavii hic lapis fuerit, suspicari licet, prope Aponi balnea eumdem lapidem effossum fuisse (*b*); dum alii lapides cum iisdem siglis A. A. V. S. L. M. circa Aponi balnea inventi fuerunt.

C. CASSIVS  
SEVERVS  
MISSVS EX. PR.  
SPECVLATOR  
A. A. V. S. L. M.

*Cajus Cassius Severus missus ex præcepto Speculatorum apud agrum, vel auro argento votum solvit lubens merito.* (*c*)

Marchio Maffæus (*d*) ultimas siglas sic interpretatur *Aquis Aponi votum solvit Oc.*

Ex quibus inscriptionibus magis liquet non solum quantum Romanorum tempore nostræ Thermæ ædificiis, verum etiam virtute in morbis pellendis floruerint.

Hæ Aponi Thermæ per tot sæcula frequentatæ, atque

G su-

(*a*) *Apologia in difesa del Cavaliere Conte Sertorio Orsato contra le censure dell' Autore del museo Veronese.* Padova. 1752. presso Giuseppe Comino. §. 2. pag. 40. & seq.

(*b*) Comes Carolus de Syl-

vestris tuto afferit circa hæc balnea hujusmodi lapidem repertum fuisse. *Opusculi del Padre Callogierà* T. 6. pag. 424.

(*c*) *Uisatus l. c. §. 6. pag. 280. & seq.*

(*d*) *In Museo Veron.* LXXXIX.

superbis ædificiis ornatæ (a), ab Attila Hunnorum rege anno Christi 455 dirutæ quasi omnino fuere, ut Ursatus opinatur (b), nescio tamen, quibus documentis, hoc Ursatus affirmet; nam in Theodorici epistola de Attilæ ruina thermarum nihil habemus. Quidquid sit, Theodoricus Ostrogothorum Rex, ut ex sequenti epistola apparet (c), Thermas Aponi refici jussit (d), in qua Aloysio architecto Patavino negotium mandatur; nam hic Rex recte existimavit, ad regiam Majestatem pertinere, ut ædificia Thermarum Aponi vetustate collapsa, regiis impenfis instaurarentur. Epistola est sequens.

„ THEODORICVS OSTROGOTHORVM  
REX  
„ ALOYSIO ARCHITECTO S.

„ Si audita veterum miracula ad laudem nostræ cle-  
„ mentiæ volumus continere (quoniam augmenta regalis  
„ gloriæ sunt, quum sub nobis nulla decrescunt) quo  
„ studio convenit reparari, quod etiam nostris oculis fre-  
„ quenter constat offerri? Delectat enim salutiferi APO-  
„ NI meminisse potentiam, ut intelligas quo desiderio  
„ cupiamus reficere, quod de memoria nostra nescit exi-  
re

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞  
(a) *Orsato Istoria di Padova.* lib. 2. pag. 129.

(b) *Ibid.*

(c) *Cassiodorus-Variarum. lib. 2. epist. 39.*

(d) Anno 495, ut scribit Ursatus *Hist. di Padova. lib. 2. pag. 132.* & p. 134., & ad-

jungit, quod idem Theodoricus viam a Patavio ad Aponum lapidibus sternere fecit; sed si hoc verum, aut falsum sit, nostris adhuc diebus hujus operis huc illucque in eadam via vestigia visuntur.

„ re cœruleum fontem vidimus in formam dolij conca-  
 „ vis hiatibus æstuantem, & fornaces anhelantium aqua-  
 „ rum circumdato tereti labio, naturæ probabili disposi-  
 „ tione coronatas; quæ licet, more calidarum nebulosos  
 „ vapores exhalent, hanc tamen jucundam perspicuita-  
 „ tem aspectibus humanis aperiunt, ut quivis hominum  
 „ illam gratiam desideret contingere, etiam quum non  
 „ ignoret ardore. Ore plenissimo, in sphæræ similitudi-  
 „ nem, supra terminos suos aquarum dorsa turgescunt,  
 „ unde latex tanta quiete defluit, tanta quasi stabilitate  
 „ decurrit, ut eum non putas crescere, nisi quia inde  
 „ aliquid rauco murmure sentis exire. Veniunt aquæ per  
 „ algentes meatus tali fervore succensæ, ut post recurva-  
 „ spatia, quæ artefacta sunt longiora, in tempore sint  
 „ maxime reddituræ. O Magistri mirandum semper inge-  
 „ nium, qui naturæ furentis ardores ita ad utilitatem  
 „ humani corporis temperarit, ut quod in origine dare  
 „ poterat mortem, doctissime moderatum, & delectatio-  
 „ nem tribueret, & salutem. Juvat videre secretum, la-  
 „ ti rivi, unde naturaliter solebat extingui. Merito di-  
 „ cunt Philosophi elementa sibi mutuis complexibus illi-  
 „ gari, & mirabili confœderatione conjungi, quæ inter  
 „ se contraria intelliguntur varietate pugnare. Ecce ma-  
 „ dentem substantiam vapores producere constat ignitos,  
 „ quæ mox ut ad thermarum ædificia decora pervenerit,  
 „ illis a cautibus unda descendens, & aerea sua qualitate  
 „ succedit, & tactu fit habilis, quum recepta fuerit  
 „ in lavacris; unde non tantum deliciosa voluptas acqui-  
 „ ritur, quantum blanda medicina confertur; scilicet si-  
 „ ne tormento cura, sine horrore remedia, sanitas inem-  
 „ pta, balnea contra diversos dolores corporis attributa;  
 „ quæ ideo ΑΠΟΝΟΝ græca lingua, beneficia nomina-  
 „ vit antiquitas, ut causam tanti remedij æger cognosce-

„ ret, cum de tali nomine dubium non haberet . Sed  
„ inter alia loci ipsius bona , illud quoque stupendum  
„ esse didicimus , quod una fluentorum natura diversis  
„ ministeriis videtur accomoda; nam protinus faxo susci-  
„ piente collisa inhalat primæ cellulæ sudatoriam quali-  
„ tatem , deinde in folium mitigata descendens , minaci  
„ ardore deposito suavi temperatione mollescit , mox in  
„ vicinum producta , cum aliqua dilatione torpuerit , mul-  
„ to blandius intepescit , postremo ipso quoque tempore de-  
„ relicto , in piscinam Neronianam frigida tantum effi-  
„ citur , quantum prius feruisse sentitur ; non immerito  
„ auctoris sui participans nomen collega est cum viridi-  
„ tate gemmarum ; ut ipso quoque vitrei elementi colo-  
„ re perspicua quasdam trementes undas quieta commo-  
„ veat ; sed ut ipsum quoque lavacrum mundius redde-  
„ retur , stupenda quadam continentiae disciplina , in un-  
„ dam , qua viri recreantur , si mulier descendat , incen-  
„ ditur ; propterea quod ipsis altera exhibitio decora col-  
„ lata est , scilicet ne ardentium aquarum fœcundissimus  
„ locus crederetur non habuisse , unde plurima largire-  
„ tur , si uterque sexus uno munere communiter utere-  
„ tur ; hæc perennitas aquarum intelligendi præstat indi-  
„ cium , per igneas terræ venas occultis meatibus , in-  
„ fluentem interius in auras erumpere excoeti fontis ir-  
„ riguam puritatem ; nam si naturæ fuisset illud incen-  
„ dium , sine interitu substancialiæ fuisset amissum : sed aquæ  
„ materia sensibilis , sicut peregrinum contraxit ignem ;  
„ sic iterum nativum facile repetit algorem ; præstat &  
„ aliud adjutorii genus vis illa medicabilis ; nam juxta  
„ caput fontis scintilloſi , quendam sibi meatum provida  
„ natura formavit : hinc desuper sella composita , quæ  
„ humanis necessitatibus in absidis speciem perforatur ,  
„ ægros suscipit interno humore defluentes ; ubi dum fel-

„ si nimio languore considerint, vaporis illius delectatione recreati, & lassa viscera reficiunt, & humores noxia infusione laxatos, vitali ariditate constringunt;  
 „ ut quasi aliquo desiderabili cibo refecti, valentiores queant protinus inveniri. Sic medicabilis substantia venit a sulphure, quod calet, a falsoidine quod deficcat.  
 „ Talia posteris non tradere, hoc est graviter in longam ætatem peccare; quapropter antiqua illic ædificiorum soliditas innovetur. Ut sive in thermis, sive in cuniculis fuerit aliquid reparandum, te debeat immimente reconstruvi. Virgulta quoque noxia importunitate nascentia evulsis cespibus auferantur; ne radicum quidam capilli paulatim turgentibus, fabricarum visceribus inserantur, & parietes more vipereo prolem sibi fœcunditate contraria nutriant, unde se compago casura disrumpat. Palatum quoque longa senectute quassatum, reparatione assidua corrobora. Spatium, quod inter ædem publicam & caput igniti fontis interjacet sylvestri asperitate depurga: rideat florenti germine facies decora camporum, quæ etiam ardentis aquæ fertilitate latatur; miroque modo dum proxime salem generat sterilem, nutriat pariter & viroles; sed non hiantum beneficiis Antenorea terra fœcunda est: infert & alia, quæ multo grandius oblitupescas. Corda illa (ut ita dixerim) montium in vicem secretarij negotia contentiosa distinguunt; nam si quis forte pecus furatum pilis nativis solito more spoliare præsumperit, undis ardentibus frequenter immersum, necesse est, ut antea decoquat, quam emundare prævaleat. O vere secretarium jure reverendum: quando in his aquis non solum sensum, sed etiam verum constat esse judicium; & quod humana nequit altercatione dissolvi, fontium datum est æquitate definiri. Loquitur illic tacita natu-

„ ra, dum judicat , & sententiam quodam modo dicit ,  
 „ quæ perfidiam negantis excludit (a). Sed quis ista  
 „ conservare negligat, quamvis plurima tenacitate forde-  
 „ scat? Siquidem ornat regnum, quod fuerit singulariter  
 „ toto orbe nominatum, & ideo pecunia , quæ tibi da-  
 „ ta est , si opus non poterit implere suscepsum , quan-  
 „ tum adhuc expendendum esse credideris, missis nobis  
 „ brevibus , indicabis . Quia non gravamur expendere ,  
 „ ut tanta videamur ruris amœna custodire . Vale . „

Thermarum ædificia , in quæ aqua *plumbis cuniculis* deducebatur, ex descriptione Theodorici regis eo loco fuisse videntur , ubi etiam nunc balnea publica conspicuntur . *Piscina Neroniana* (b) haud dubie fuerit inferiori situ, a tergo diversorii publici . Juxta eam facile fuisse & Palatium ; at *ædes publica* longius hinc in campis forsan sita fuit .

Post hunc Theodorici jussum superba ædificia construæta fuisse creduntur , de quibus Scardeonius scripsit (c). Ferunt ibi eodem tempore porticum mille pedum fuisse extactum , hortis & nemoribus decoratam , vinetis , & topiariis , operibus exultam , columellisque ac pirulæ per pulchre distinctam . Quæ quidem fere omnia anno 601. Agilulphus XIV Longobardorum Rex destruxit ,

(a) Eumenes . *Panegyr. Constantini* &c. c. 21. ait, Constantinum superba dona dedisse Templo Apollinis credito illi Autun , ubi opinabatur , in eis aquis calidis gentem perjuram detegi posse .

(b) De qua Franciscus Blondel sic scribit in suo opere *Ther-*

*marum Aquifgranenium & Porcetanarum descriptio* &c. *Aquifgrani*. 1671. cap. 2. pag. 26. „ Nero in Apono Piscinam „ sibi construxit lapidibus pretiosis & gemmis ornatissem . „

(c) lib. i. clas. i. pag. 23.

xit, ut etiam oppidum prope easdem Thermas (*a*); quibus forsan postea instauratis a Patavinis, ejusque Aponi oppidum ab Otthono II Imperatore reædificatum fuit; & tunc hujus loci in possessionem missus fuit Ingelfredus de Comitibus (*b*); anno tamen 1205, ut narrat Salomonius (*c*), Patavina Respublica ibi Prætorem creavit; sed Aponus anno 1236 ab Eccelino cum suo exercitu transiunte ad Montem ~ Silicis obsidionem denuo ferro, ignique (*d*) devastatus fuit. Demum scribit Albertinus Muffatus (*e*), anno 1314. Patavinos ob Canis Scaligeri obsidionem Aponum flammas dedisse, de qua re sic loquitur idem Muffatus. „ Aponus Colonia erat cum fontibus calidis, quam Rurales Civitatis impetrato subsidio peditum L præsidio, foveis, valloque cinxerant. Hæc pri-  
„ mum Canis insultum frustra, pauloque resistens tulit,  
„ nec tamen pertulit; sed ad Canem defecit. Hanc i-  
„ gne imisso, quod majore impetu hostes conterreret, in-  
„ cendio consumpsit: adverso tamen subeunte casu flam-  
„ ma in Castrum convolans multos militum equos hau-  
„ sit incendio, quo repentino igne destituti, custodiis,  
„ qui capti erant, fere omnes evasere.

„ Canis dum illucesceret, militum peditumque distin-  
„ etas phalanges castris educens, majori seorsum acie re-  
„ licta, ipse cum militibus ferme CCC per calleum Apo-  
ni

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞  
 (a) Scardeonius *ibid.* pag. (e) *Rerum Italicarum Scri-  
18. 22., & Salomonius *l. c.* ptores &c. Ludovicus Antonius  
pag. 160. Muratorius &c. tom. 10. pag.*

(b) Ursatus *lib. I.*, Salomo- 571. Albertini Muffati Patavi-  
nius pag. 159. nis de Gestis Italorum post mor-  
(c) *l. c.* pag. 20. tem Henrici VII Cæsaris Histo-  
(d) Salomonius *l. c.* pag. ria. lib. 3. Rub. 7. pag. 598.  
160., Rolandus pag. 32., Boni- & seqq., Cortusus pag. 25.,  
facius *lib. 5.* Pignorius *lib. 1.*, Corte *lib. 10.*

„ ni ad ripam fluvii tetendit ... Canis agnoscens, sub-  
 „ ducto agmine regressus est. Tunc eam oram, quæ a  
 „ monteguttare cum Balnearum Tabernis usque in Bac-  
 „ chiglionem portendit, desertam ab Ruralibus concre-  
 „ mavit, ac secus montem Varda castra reduxit. „

Prope Thermas Aponi, ut dixi, urbem versus adhuc extat antiquum Nosocomium, a nullis Scriptoribus harum Thermarum, neque ab Historicis Patavinis nominatum, quod nunc pertinet ad Nosocomium S. Francisci hujus Civitatis. Quo tempore extructum fuerit Aponi Nosocomium cum parva Ecclesia, nullum monumentum inveni, nisi in tomo 18 Tabularii Nosocomii S. Francisci legi, quod anno 1328, illud vocabatur *Hospedaleto d' Abbano o S. Maria di Montaon*, in quo tomo quoque est *rodulo delle terre, che pagano decima alla Chiesa di S. Maria di Montaon*. Eodemque tomo legitur *c. 2. dell' anno 1516. 19. Marzo. Indulgenze plenarie concesse ai Visitatori, reparatori, e conservatori dell' Archibospitale de S. Giacomo in Ungula Oc. concesse etiam all' Hospedale di S. Maria de Montaon, & Chiesa come membro d' esso Archibospitale Oc. con tutti li Privileggi, che sono concessi ad esso Archibospitale da Papa Leon, & Paolo 30. Pontefici.*

*Anno 1534. 28. Feb.*

*Union dell' Hospedale, & Chiesa di S. Maria de Montaon, con l' Archibospitale di S. Giacomo de Augusta in Roma quanto alle Indulgenze Oc.*

In tomo pariter 18. c. 11. legitur

*Anno 1536. 7. Luglio.*

*Constituzione de' Nuncij, Comissarij, questuarij, & procuratori generali fatta per il R. d. Prè Alessandro di Vitaliani bon. Prior di S. Francesco di Padova, &*

*in*

in questa parte Rettor, & governator della Chiesa campestre del Pio Hospedal di S. Maria di Montaon appresso i Bagni d' Abbano incorporato col Venerando Archibispitale di S. Giacomo d' Augusta de Urbe nelle persone del R. fr. Marc' Antonio Bergamasco bachelier dell' ordine de' Predicatori, & Z. Andrea de Bressa Speciale a pubblicar le indulgenze, & remission de' peccati dove si ritroveranno essere per causa dell' oblation, & elemosine saranno fatte da ciascuna persona al detto Hospedale.  
Nod. Leonardo Tassara Padovano.

Eodem tomo. c. 19.

Anno 1538. 18. Maggio.

Processeto intitolato Hospedaleto d' Abbano.

Testamento del Rever. Sig. Alessandro Vitaliani q. Georgio Prior del Pio Hospitale di S. Francesco, ove lascia al detto Hospitale tutte, e qualunque fabriche, che detto Testator ha fatto fare nel luoco chiamato S. Maria di Montaon, quali tutte fabriche, insieme con tutti li suppelletili di qualunque genere in detto luoco esistenti lascia per l' anima sua, e per l' amor di Dio a detto Hospitale, volendo, & ordinando, che detto luoco sempre & in perpetuo sia retto, e governato per il S. Collegio degli Signori Dottori Giuristi, che governano i Beni dell' Hospitale a perpetuo commodo ed utilità di detto Hospitale. Con questa espressa dichiarazione, che sempre, & in perpetuo li poveri di Gesù Christo Mendicanti, & miserabili persone debbano gratis, & per amor di Gesù Christo effer alloggiati in detto loco.

Nod. d. Battista Talamazzo. Con consegna fatta de' suppelletili di detto Hospedaleto a Mes. Andrea Giuriato Munaro Custode dell' Hospedaleto.

Hæc sunt, quæ ad hujusmodi Nosocomii historiam pertinent: modo tamen hoc Nosocomium nulli usui inferuit.

De Balneis Aponensibus ad annum 1554, hæc refert Cel. Facciolatus (a). „ Cum balnea Aponensia usum pæ-  
 „ ne omnem , sive artis inscitia , sive incuria jam a-  
 „ misissent , ruinisque ac dumis obruta quotidie magis  
 „ in contemptum , & oblivionem abirent , hoc an-  
 „ no Medicorum Collegium Professores tres delegit ,  
 „ Franciscum Frigimelicam , Paulum Crassum , & Od-  
 „ dum de Oddis , qui locum inviserent , purgarent , re-  
 „ stituerent . Litteræ quoque Ducales accessere V. non.  
 „ oœt. datae , ut quoties triumviri isti illuc se conferrent ,  
 „ apud Cœnobitas Montis ortoni hospitio reciparentur ,  
 „ rustici autem quatuor , aut quinque ex illa vicinitate  
 „ præsto essent , qui fodiendo operam præberent . Sed vi-  
 „ cit nova res , Botanicus Hortus paullo ante institu-  
 „ tus . „ (b) & alibi idem Cel. vir ait , loquens de  
 Horto Botanico . „ Tam pulchra res , scholisque honori-  
 „ fica exitium attulit Aponensibus thermis ... Dolen-  
 „ dum profecto est , saluberrimas aquas , molesque ad ea-  
 „ rum usus adjectas , opinionis errore ita fuisse desertas ...  
 „ Attamen nisi thermæ istæ fuissent , Patavium fortasse  
 „ non esset , vel certe Patavium non diceretur . Si enim  
 „ verum quærimus , vox hæc Germanica est , & aqua-  
 „ rum locum significat , litteris ejusdem organi inter se  
 „ commutatis , & latina forma compositis , ut fuit in Pa-  
 „ tavia Noricî urbe , & Batavia Belgii regione . Cum  
 „ enim Germani thermas Aponenses summopere frequen-  
 „ tarent (c) , nomen regioni dedere . „

Apo-

(a) *Fasti Gymnastii Patavini*  
*&c. Patavii. 1757. pag. 209.*  
*ex Act. Cod. I. p. 158.*

(b) *I. c. pag. 208.*(c) Quorum Germanorum  
 concursus frequens etiam erat

usque ad annum 1588. , ut  
 patet a multis Germanorum  
 nominibus pariete inscriptis in  
 Domo Thermarum Montis æ-  
 grotorum , qui 17. Aprili men-  
 se illuc veniebant .

Aponi thermas, ut etiam alias Patavinas scriptis illustrare Medici, nempe circa annum 1350. Jacobus de Dondis, & fortasse anno 1380 ejus filius Joannes de Dondis (<sup>a</sup>), atque anno 1450 Michael Savonarola, qui narrat suo tempore multum frequentatas esse Ther-

H 2 mas

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) Cujus præter tractatum de fontibus calidis paduanis editum in Collectione Juntæ de Balneis &c. in MSS. autographo apud Marchionem Gasparum de Horologiis, leguntur xxxi. sermones pro doctoratus honoribus alicui conferendis, ut etiam ejusdem auctoris Sermon an. Xti 1372. In principio lecturæ theoricae planetarum &c. Collatio brevis in principio lecturæ primi canonis Avicennæ anno Domini 1379. Collatio Invitatoria, velut preambulum, in principio lecturæ libri Aphoris. Hippocratis anno Xti 1360. &c. Sermo in principio lecturæ libri &c. an. Xti 1376. Collatio in

principio tractatus de sphera mundi ann. Domini 1379., alia Collatio invitatoria. an. 1362. Collatio brevis invitatoria ad disputationem Bononiæ. an. 1368. Sermo pro principio lecturæ medicinae Florenciæ. ann. 1368. Collatio in presentatione Magistri Nicolai de Sancto Vito &c. an. 13.. Collatio in principio lecturæ quarti libri Canonis Avicennæ. 1378.

In omnibus hisce Sermonibus versus quosdam Joannes instar exhortii ponebat v. g. in Sermone in conventu petri de Sarzana in medicina, & Gabrieли de Torellis de Mantua in artibus simul &c. an. 1362. sic

*Illustrantur bonitate, credite felicitatis  
Perlustrantur qualitate, virtuose probitatis  
Colustantur claritate, inclite famositatis.*

In ipso MSS. quatuor epistolæ D. Francisci Petrarchæ poetæ Celeberrimi leguntur ad

ipsum Joannem de Dondis scriptæ, quarum una anno 1370. scripta videtur.

mas Patavinas. (a) „ Forensium copiosius numerus ex „ omnibus Italiæ ac Germaniæ partibus ad sananda cor „ pora non mediocri cum aviditate veniunt „. fere eodem tempore Bartholomæus Montagnana aliquid de nostris Thermis scriptum reliquit : Et circa annum 1554. Pasinus, & Franciscus Frigimelica idem fecere, ut etiam anno 1556. Falloppius Mutinensis, & postea alii.

Nihil aliud invenire potui ad Aponensium thermarum historiam pertinens, nisi adjungere velimus, Aponum patram fuisse Illustrium Virorum, idest Titi Livii, Caij Valerii Flacci poetæ insignis (b), qui divino carmine rem omnem Argonautarum descripsit (c), Aruntii Stellæ de quibus viris sic cecinit Martialis (d).

„ Censemur Apona Livio suo Tellus  
„ Stellaque nec Flacco minus.

Attamen facile dubitare possumus cum Philippo Cluverio (e), an a claritate Aponi fontis totus ager Patavinus ad-

(a) *Rerum Italicarum Scriptores* &c. Lud. Ant. Muratorius &c. tom. 24. pag. 1135. Michaelis Savanarolæ *Commentariolus de Laudibus Patavii.* anno 1440. *compositus* &c. lib. 2. pag. 1184. c. de quo Savanarola loquitur Antonius Cocchius *Dei Bagni di Pisa trat-*

tato. Firenze. 1750. cap. 6. pag. 369. an. I.

(b) Qui floruit sub Domitiano Augusto.

(c) Tortelius apud Scordeonum. l. c. pag. 55.

(d) lib. 1. epigr. 27.

(e) l. c. pag. 153.

adpellatus sit *Apona Tellus* (*a*) ; sed aliter videtur ex Silii Italici (*b*) carminibus.

Demum Aponus patria fuit Petri vulgo dicti de *Aba-*  
*no* celeberrimi Philosophi, Medici, ac Astronomi (*c*).

Præter Claudianum alii poetæ carminibus aliquid de Apono dixerunt, & inter alios Martialis (*d*).

„ Etrusci nisi thermulis laveris,  
 „ Illotus morieris , Oppiane.  
 „ Nullæ sic tibi blandientur undæ:  
 „ Nec fontes Aponi rudes puellis.

Quia hæ thermales aquæ utpote salinæ mollem puellarum cutim asperam & rudem faciunt, & sulphureo calore mulieres (*e*) incendunt.

Si-

(*a*) Alexander Tassonius . Modena. 1744. cant. 8. stan. 30.  
*La Secchia rapita* poema &c. pag. 273. de T. Livio sic cecinit .

*Teolo , ond' uscì già l' anima degna ,  
 Ch' l' gloriofo Livio al mondo diede .*

Quæ opinio de Livii ortu in *Teolo* fuit etiam Auctoris notarum in Poemate Dottori c. 6. st. 74. Sed recte animadvertisit Cel. Barottus in adnotationibus ad Tassonii poema Tassonum de patre aut matre T. Livii locutum esse ; nam potius fides danda est Martiali , qui Romæ vixit prope tempora ipsius Livii.

(*b*) lib. 12. vers. 217.

(*c*) Cujus insignis Viri notitias collegit Cel. Comes Joannes Mazzucchellius , quæ editæ leguntur in tom. 23. *Opuscoli pubblicati dal P. D. Angiolo Calogiera.*

(*d*) lib. 6. epigr. 26. *De e- truscis thermis , & Mattheus Raderus in suis commentariis supra Martialem. lib. 6. ep. 42.*

(*e*) Vide epistolam Regis Theodorici.

Sidonius Apollinaris, qui vixit temporibus Majorani, & Antemii Augusti, Aponum carminibus celebravit; ut etiam Sanctus Ennodius Episcopus Ticinensis (*a*), qui Aponenses thermas petiit circa annum 500, ut ipse in epistola (*b*) scribens ad suum Petrum narrat, commendans Aponi phenomena: & videtur his aquis Ennodium usum fuisse ob oculorum morbum, de quo ipse queritur (*c*). Insuper idem Ennodius sequentes versus composuit.

„ Tollitur adclivi tellus subnixa tumore,  
   „ Leniter elato fulta supercilio.  
   „ Vorticibus nullis caput admovet illa superbum.  
   „ Nec similis pressis vallibus ima petit.  
   „ Fumiger hic patulis Aponus fluit undique venis:  
     „ Pacificus mixtis ignis anhelat aquis.  
   „ Unda focos servat; non sorbet flamma liquorem:  
     „ Infuso crepitat fons facer inde rogo.  
   „ Ebrius hinc cunctis medicinam suggerit ardor,  
     „ Corpora desiccans rore vaporifero.  
   „ Hic pyra gurgitibus, scintillis fluctuat humor.  
     „ Vivitur alternæ mortis amicitia.  
   „ Ne pereat, nymphis Vulcanus mergitur illis.  
     „ Fœdera naturæ rupit concordia pugnax.

Julius Scaliger (*d*) de Apono ita cecinit.

„ Jam

(*a*) Pignorius *l. c. cap. 15.*      (*c*) *lib. 6. epist. 4.*  
*pag. 71.* dicit Ennodium fuisse Episcopum Patavinum.      (*d*) Apud Pignorium *l. c. cap. 15. pag. 71.*  
 (*b*) *lib. 5. epist. 8.*

„ Jam quater auratis remeans Dea lutea bigis  
 „ Pisces Nerei quinta colorat agros.  
 „ Sulphureas Acorin cum suspiramus ad undas,  
 „ Lymphaque crudeli sub face vieta fugit.  
 „ Scilicet antiquo Mons ipse incoetus ab æstu  
 „ Fervidior nostra se negat ire face.  
 „ Euganei latices, quæque arida faxa tenetis,  
 „ Quæque leves leni colle sedetis aquæ:  
 „ Tuque pater princeps, qui pumice tectus obusto  
 „ Clara triumphatæ nomina pestis habes:  
 „ Cede meis lacrymis; lacrymæ tamen, heu tamen ipsæ  
 „ Debuerant pestem vincere posse meam.

Magnus Decimus Ausonius, qui sub Theodosio Augusto floruit, in patriæ suæ descriptione commendat Apennensis aquæ potum (*a*).

„ Non Aponus potus, vitrea non luce Nemausus,  
 „ Purior, æquoreo non plenior amne Timavus.

Petrus Bembus comparat Aponum, atque quasi Ætnæ anteponit (*b*). Alexander Tassonius sic de Aponi gente jocosè cecinit (*c*):

*Abano va con questi in una schiera,*  
*E quei di Montagnon seco conduce.*  
*L'aria e la terra affumicata e nera*  
*Di sulfureo color gente produce.*

*Qui-*

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) Vide Pignorium *ibid.* (*c*) *Canto 8. Stanza 19. pag.*

(*b*) In opusculo *de Ætna.* 268.  
pag. 132. edit. *Lugdun.*

*Quivi l'orrendo albergo è di Megera,  
Che di foco infernal tutto riluce.*

*Se v'era Pietro allor, co' fieri carmi  
Traeva i morti regni al suon de l'armi.*

Et Iroldus Crotta facetè & ipse Aponum ità versibus  
commendat (a).

77.

*Abano a cui donar natura piacque  
Virtù, che i capi della tigna scarce  
Mercè dei bagni, che di buono inchiostro  
Si mise a celebrar Claudio nostro.*

78.

*Sicchè nulla a me resta d'avantaggio;  
E dirò sol, che a questo bel paese  
Vengono quanti fecero passaggio  
Su qualche legno infusto al mar Francese.  
E veramente è un bel veder di Maggio  
Guarirsi nel pantan con poche spese  
Le doglie vecchie, i cancheri, e i malanni,  
Che al povero mortal dan tanti affanni.*

79.

*Erba giace nell'acque e non si leffa,  
Benchè bollano sempre a ricorsojo;  
Sicchè l'oste vicin pela con essa  
I Polli e non farebbe più un rasojo.*

De

(d) Poema Eroicomico L'Asino. Venezia. 1652. Canto 6.  
pag. 218.

De reliquis Patavinis balneis exiguè dicemus, quia pauca ab auctoribus habemus; nihilo tamen minus referemus omne id, quod apud eos invenire potuimus. Et primum de Thermis Montis-ortoni. Hic mons anno 1181 *artonus* vocabatur (*a*), ac Ungharelli tempore (*b*), ut etiam ab ipsa Charta topographica antiqua balnei Aponensis patet (*c*), cuius nominis significationem Ungharellus explicare contendit, dicens, sic montem *artonem* vocari, quia ibi olim angustum balneum erat. Pignorius vero credit nomen *orthonis* datum fuisse a quodam homine *Orthono* appellato (*d*); sed anno 1441 mons ro-

I tun-

(a) Ex autographo tabula-  
rii Prataliensis.

„ M. C. LXXXI. die nono in-  
„ trante septembribus indictione  
„ XIII. Aëtum in Pratalia in  
„ solario Abbatis, præsentibus  
„ Bonifatio priori, Obizo, An-  
„ gelo, Marco, Tobaldo, Al-  
„ berico, Iraldo, Johane Spe-  
„ zacrucem monachis ipsius mo-  
„ nasterii. Gerardus de Calao-  
„ ne confessus fuit se accepisse  
„ ab Alberto dei gratia Pra-  
„ taliensi abbe denariorum  
„ Veronensium libras l. fini-  
„ tum pretium, sicut inter eos  
„ convenit, nominative pro  
„ tota terra quam ipse Gerar-  
„ dus habet in Monteartone, in  
„ Monterosso, & in Silva Pe-

„ trefega. Quam autem &c.  
„ Testes rogati sunt Bonifaci-  
„ nus, Martinus Berte, Gar-  
„ fagninus, Risimus de Cartu-  
„ rio, & alii plures.

„ Evidem & ego Wirifi-  
„ nus sacri palatii notarius in-  
„ terfui, & rogatus scripsi. „

(b) *Cronica di Padova* MSS.  
Parte I. cap. 4.

(c) Vide pag. 1. A. quam  
chartam accepi a Cel. Co: Fran-  
cisco Leonissa. Hæc charta for-  
san pertinet ad sæculum XIV.

(d) *I. c. cap. 15. pag. 73.*  
in cuius rei confirmationem  
produxit epitaphium a Theo-  
crito exaratum, atque ab Hei-  
nesio latine versum.

„ Præcipit hoc *Orthon* Siculus; ne forte viator  
„ Ebrius hybernæ tempore noctis eas.  
„ Namque ego sic jaceo: pro pulvere nempe paterno,  
„ Externa pergere contumulatus humo.

tundus, seu ortonus in quodam instrumento Cœnobii ejusdem loci a Philipo Thomasino edito (*a*) dicebatur.

Mons ortonus ignobilis præteritis seculis erat (*b*), & ab Historicis non memoratur, nisi anno 1428. ob Deiparæ Virginis miraculum, quod a Scardeonio (*c*), Thomasino (*d*), Pasino (*e*), Portinario (*f*) narratur, quod breviter indicabo, ut nihil prætermittam. A partu Virginis 1428, dicitur, quod Petrus Falzonius, seu Falchus homo ruiticus cum gravissimis ulceribus cruciaretur, & ute-retur balneis ad radicem hujus montis positis, illi, dum orabat, Virgo Maria apparuit, quæ eum morbo libera-vit, imperans tamen, sub aquis tabella inventa suæ gloriæ imaginis, curaret, ut ibi templum extructum eslet. Homo ulceribus liberatus, ac tabella reperta, miraculum palam fecit, quo, a Petro Donato Veneto tunc Patavii Episcopo, approbato, oratorium ædificatum fuit. Duæ inscriptiones in eadem Ecclesia Montis ortoni leguntur hoc comprobantes (*g*).

„ Hujus B. V. Imago anno Christi 1428 a Petro Ful-  
cho inventa, primo in quodam Orat. collocata est,  
„ inde in insigni templo anno 1535. Quod nunc visi-  
tur, Petro Donato Episcopo Pat. & Communi Paduæ  
„ assentientibus, ædificato, translata fuit. „

Et in parvo Sacello B. V.

Hic

(a) *Historia della B. Vergine di Monte Ortone &c. Padova.* 1644. cap. 1. pag. 3.

(b) *Contrarium tamen Valisnerius sentit ob vestigia antiqua balneariorum ibi reperta.*

(c) *lib. 2. claf. 5. pag. 106.*

(d) *I.c. cap. 3. pag. 10. & seqq.*

(e) *lib. de Thermis Patavi-nis &c. pag. 200. De Balneis omnia quæ extant &c. apud Juntas. Venetiis. 1553.*

(f) *lib. 1. cap. 11. pag. 77.*

(g) *Quæ a Salomonio l. c. pag. 172. etiam producuntur, & a Thomasino l. c.*

„ Hic Petrus a Domina monitus Imaginem hanc de  
„ balneo extraxit , & ab ipsa sanitatem integrum acce-  
„ pit . „

Ex quarum prima inscriptione intelligimus anno 1535  
Templum , & forsan Cœnobium pro Eremitanis condi-  
tum fuisse , & sic ille locus antea sylvestris , & fere a  
nullis frequentatus , imposterum cultus fuit , atque ægri bi-  
bere cœperunt illam aquam , in qua , ut fama est , inventa  
fuit B. V. tabella , quæ aqua Virginis nomen accepit .

Sed quum diverse miraculum hujusmodi narretur a  
multis scriptoribus , unicuique illud credere verum aut  
falsum licebit .

Injucundum vero non existimo , si afferam versus quo-  
dam Ludoviçi Pasini Medici Patavini , qui circa annum  
1530 vixit ; qui ut poeta , de Ortone quasi Gigante quo-  
dam cum Diis pugnante , a Jove , imperfecto , atque huic  
monti subiecto lusit (a) : In his carminibus ex illius ful-  
mine iicti , vulnere , sudore , atque excrementis immisso  
proximis aquis calorem , falsedinem , ac vim sulphuris &  
bituminis fabulosè ostendit .

„ Fuderat anguipedes imania monstra gigantes  
„ Jupiter , & Cœlo meditatus vincla Typhœus  
„ Conditus Inarimes æterna mole gemebat .  
„ Impositam Enceladus membris fumantibus Ætnam  
„ Vix perferre gemens poterat : semulta Vesævi  
„ Saxa super viëtum male Porphyrona premebant  
„ Luctantem , flamasque atro sæpe ore vomentem .  
„ Jam rigido Mavors transgerat ense Pelorum ,  
„ Et te sæve Mimas , & te procere Damastor .

I 2 „ Ver-

(a) I. c. pag. 199. & seqq.

„ Verterat in faciem faxi Tritonia Virgo  
 „ Ægide protensa, longas Pallanta trahentem  
 „ Serpentum spiras, & diis infanda minantem.  
 „ Cætera phlegræis proœcta cadavera campis  
 „ Aethera turpabant putri graveolentia tabo.  
 „ Unus tot cæsis superabat fratribus ORTHON,  
 „ ORTHON, supremo quem nixu irata crearat  
 „ Terra parens, unum cunctis opponere divis  
 „ Ausa ( nefas ) unique arces promittere Olympi:  
 „ Tantum animo robur, tantisque immanibus illa  
 „ Addiderat vires membris. hic unus ab arce  
 „ Rhoëtorum alpina, celsique a vertice Baldi,  
 „ Inque deos, inque astra ferox convitia jaëtans,  
 „ Tentabat montes imponere montibus altos,  
 „ Et structis arces gradibus descendere cœli:  
 „ Quum procul instructam videt adventare deorum  
 „ Hinc aciem atque hinc, seque peti tot ab hostibus unum  
 „ Ergo ut erat manibus centum præsignis, & acri  
 „ Corpore, centenas nunc intorquebat in hostem  
 „ Ingentes montis partes, nunc impete facto  
 „ Proturbabat agens aciem, vultuque protervo  
 „ Et voce horrifona divos terrebat. ibi illi  
 „ Aut subito versis se se occuluere figuris,  
 „ Aut latere, & celeri freti pede terga dedere.  
 „ Certatim trepidis tribuunt sua quisque coloni  
 „ Hospita tecta deis: nusquam illis lecta voluntas,  
 „ Non hilares vultus, non largæ copia mensæ  
 „ Defuit. hæc hominum pietas bene cognita divis,  
 „ Grandia percepit meritorum præmia: nanque  
 „ Flava Ceres illis messes, sua vina Lyæus,  
 „ Pacales oleas Pallas, armenta gregesque  
 „ Magna Pales, pauperque tulit sua dona Priapus.  
 „ Durat adhuc concessus honos, & dona deorum

„ Certa manent , riderque suo bona copia cornu.  
 „ At Mars , non dirum aspectum , non brachia centum ,  
 „ Non fremitum infandum metuens petit ense furentem  
 „ Cominus , & getico tentat dum rumpere ferro  
 „ Semiferi vastum latus , intolerabile vulnus  
 „ Accipit , & magnis implet clamoribus æthra .  
 „ Audiit incertis torrens Liquetia ripis ,  
 „ Atque Athesis metuens imo se condidit alveo ,  
 „ Et retro pressis celer Abdua subiit undis :  
 „ Horrueruntque alpes , & nubifer Apenninus .  
 „ Jupiter & fævo turbatus vulnere nati ,  
 „ Et trepido divum discursu : quem prius hostem  
 „ Spernebat , metuens pariter cœloque sibique  
 „ Victorem trifido transfixit fulminis iætu .  
 „ Illum indignantem & vasto fumum ore vomentem  
 „ Turbine corripuit subito , ventisque rotatum  
 „ Protinus Euganeis moribundum extendit in agris .  
 „ At Tellus ( neque enim illa sui non gnara doloris  
 „ Esse potest ) scindi subito , atque dehiscere terram  
 „ Antra jubet flentem natum : qua mille columnæ  
 „ Atria nigra deæ magni Jovis invia telis  
 „ Hinc illinc pariter subeunt : qua flumina fontes  
 „ Cuncta suos magnam subterlabentia terram  
 „ Agnoscent : ibi mœsta parens stipata caterva  
 „ Natarum , quas illa Erebo commissa crearat ,  
 „ Ut stetit , implevit mœstis ululatibus antra :  
 „ Incusansque Jovem , dixit quæcumque jubebat  
 „ Insanus dolor : hinc illi phlegetontides undæ  
 „ Respondent , illinc resonant Acherontia saxa ,  
 „ Et qui nigrantes voluit Cocytus arenas .  
 „ Dumque aliquid superest animæ , revocare forores  
 „ Non cessant , revocant nymphæ clamore secundo .  
 „ Verum ubi jam exangues vita indignata sub umbras

„ Fugit, inextincti vivebant sulphuris ignes,  
 „ Pascebantque atros immensi corporis artus,  
 „ Et fervens omni sudor de parte fluebat.  
 „ Prima parens sacros extinguere fontibus ignes  
 „ Nititur: hanc natæ una omnes, famulæque secutæ  
 „ Vix tandem gelidis vicerunt sulphura lymphis.  
 „ Quæ miro illinc subito traxere calores,  
 „ Sulphureasque simui vires, usumque medelæ:  
 „ At salibus fontes sudor vitiavit amaris,  
 „ Inque nigrum ventris fœda excrementa bitumen  
 „ Mutata, affectis præbent medicamina nervis.  
 „ Fumiferum fervens Aponus caput extulit arvis  
 „ Primus, vicini post quem longo ordine fontes  
 „ Calefacti, superas venere in luminis oras.  
 „ Tum fletum satis ingenti texere sepulchro  
 „ Rupe sub aeria, quæ nunc ORTHONIS ab illo  
 „ Dicitur, & servat post tot quoque secula nomen.

In Thermis S. Petri Montanionis, seu *Montagnonis*  
 scribit Scardeonius (a), latissima balnea, vivis lapidi-  
 bus a Thedorico Rege circumdata fuere, quæ adhuc  
 extare videntur (b). Sed de his balneis in epistola ejus-  
 dem Regis ne verbum quidem reperitur; unde opus istud  
 posterioribus temporibus tribuendum est, cuius vestigia vix  
 nunc apparent non solum ob Barbarorum devestationem,  
 ut probabile videtur, at maxime a nostrorum incuria.

Hic e terra eruta fuit sequens inscriptio à Vallisnerio  
allata (b):

VEL-

(a) lib. I. claf. I. pag. 21., (b) Opere Fisico-Mediche &c.  
O Portinarius lib. 2. cap. 4. Venezia. 1733. tom. 2. Raccolta  
pag. 54. cap. II. pag. 76. di varie osservazioni &c. pag. 437.

VELLEIA P. F  
CHRESTE  
F. V. S. L. M.

Cujus ultimæ siglæ sic interpretantur a Vallisnerio  
*Fontibus Votum solvit Lubens Merito.*

Et quamvis Legum Doctor Antonius Motus Patavinius hoc modo legeret

*Velleia Publii Filia Chreste fecit Vovens Sibi Locum Monumenti*: nihilominus Comes Sylvester Rhodiginus Vallisnerii interpretationem utpote meliorem comprobavit.

Cui Montanioni Cluverius credit (*a*) convenire Claudiani carmina.

„ Alto colle minor, parvis erectior arvis,  
„ Conspicuo clivus molliter orbe tumet.

At unusquisque qui Aponum, & Montanionem inviserit, hoc falsum esse agnoscat.

Insuper videtur ibi fuisse templum, seu oraculum Geryonis, tum ob inscriptionem Galliani Fontanæ, tum etiam ob cavernam sub ipso monte excavatam, atque latericio fornice exornatam, ad quam nunc ingressus prohibetur ab aquis calidis ibi emanantibus, quam cavernam aliqui invisentes multa peculiaria narrabant, quæ silento prætero; & forsitan ego eam ingressus, si arte potero, alibi describam (*b*).

In

(*a*) *I. c. pag. 151.*

stola est Antonii Meneghellii

(*b*) *Vallisnieri opere fisico-medico* *O. c. tom. 2. Raccolta d'osservazioni O. c. pag. 440. Epi-*

Archipresbyteris Ecclesiæ Montisianonis, qui hanc cavernam describit.

In Monteanione oppidum erat, quod anno 1238 a Fulcho ejusdem domino datum fuit Eccelino (*a*), qui a fundamentis illud dirruit.

Ecclesia D. Petro ibi sacrata est, nostris temporibus restaurata, quæ olim credebatur fuisse Geryonis templum, de quo sic Salomonius scribit (*b*):

„Templum Divo Petro Apostolo a Galliano, seu Gu-  
„lielmo Fontana uno ex Consulibus Regentibus Rem-  
„publicam (*c*), quando jam ædificatum fuerat Rivaltum,  
„extructum eo in loco, ubi a gentilibus Fanum Geryo-  
„ni erectum erat: extat sequens epitaphium in antiquo  
„lapide excisum. „

G. F. PP. T. G. S. C.  
D. PETRO AER. PAT. IMP. CONSE  
CRAVIT. A. II. R. INTER.

Hoc est „Gallianus Fontana Pater Patriæ Templum  
„Geryonis Senatus Consulto. D. Petro Ærarii Patavi-  
„ni impensa consecravit anno secundo Regni interre-  
gni. „ an hujusmodi interpretatio sincera sit, nec ne?  
judicium Eruditis Viris relinquo.

Superioribus annis prope Ecclesiam S. Petri e terra  
eruta fuit Lamina plumbea, in qua hujusmodi Characte-  
res sunt, quorum explicationem ab Eruditis Viris exo-  
ptamus. Plumbeam hanc laminam in suo Museo Cl. Co-  
mes Franciscus Leonissa possidet, Vir doctrina, morum-  
que suavitate eximius, quem summo semper amore colo.


Bal-

(*a*) *Salomonius l.c. pag. 171.* ex lib. Tabularii in Charta

(*b*) *Ibid.*

(*c*) *Gallianus Fontana Con-  
ful erat anno 421, ut habetur*

pergamena c. 154. in *Cancellaria Communis Paduae*.



Balnea Montis anionis seu *Montagnonis* olim multum frequentata fuere, atque superbis ædificiis ornata, quia adhuc circa eadem fere continuo e terra marmorum fragmenta fabrefacta effodiuntur, & vestigia ædificiorum usque adhuc cernuntur, & demum multa vasa cineraria non longe a balneis saepe reperiuntur.

Balneum Domus novæ nomen accepit a Domo ibi ædificata tempore Michaelis Savonarolæ (a), in qua

K Ca-

(a) *De balneis Domus novæ.* pag. 37. E. in opere de *Bal-*  
*Rubr.* 3. pag. 17. G. cap. 1. neis Ḡc. Venetiis apud Juntas.

Carrariensis olim Dominus salem magna quantitate effluenter elaborare fecit. Hujus balnei auctor fuit Joannes de Dondis, cuius Pater Jacobus ita ab his aquis salem colligebat, ut legimus apud Joannem de Dondis (*a*): Nempe in ipsa lacuna aquæ calidæ, ponebantur vasa lapidea, in quibus alia fistilia testacea thermali aqua plena, qua sic ipsius naturali aquæ calore evaporata, sal habebatur, quo instar communis utebatur ipse Joannes, ejusque familia. Alio modo colligi potest sal, id est cum lignorum frustulis, quibus paulatim sal albissimum adhaerescit, quod etiam animadvertisit Dodington (*b*); sed multo ante, ipse Claudio, dicens (*c*)

„ Nullo cum strepitu, madidisque infecta favillis  
„ Despumat niveum fistula cana salem.

Balnea Montis ægrotorum seu corruptè a vulgo *Montis-groti* nomen obtinuere ab ægrotorum frequentia; quadere ibi xenodochia pro pauperibus existebant (*d*), quorum forsan unum erat domus, quæ nunc unica remanet

(*a*) *De Balneis omnia &c.* the end of the Year 1700 *A-*  
*Venetis apud Juntas . Joannis bridg'd and Dispos'd under Ge-*  
*de Dondis Patavini De Fonti- neral Heades . vol. 2. London.*  
*bus calidis agri Patavini con- 1722. n. 83. pag. 4067. cap.*  
*sideratio ad Magistrum Jacobum 2. §. 40. pag. 344. Vide etiam*  
*Vicentinum . cap. 8. pag. 106. de hac re Journal encyclopedique*

*Sed Ungharellus l. c. parte*  
*1. cap. 4. ait primum sal con-*  
*ficiendum in his thermis fuisse*  
*Ingeschum de Engeschis a Fossa*  
*Clodia Patavii morantem .*

(*b*) *The philosophical Trans-*  
*lations &c. and collections To*

*tom. 5. premiere partie . a Lie-*  
*ge . pour le 1. Juillet . 1757.*  
*pag. 23.*

(*c*) *l. c.*

(*d*) *Ungharellus l. c. parte.*  
*1. cap. 4.*

Quo-

net pro ægrotorum commodo, quam a vetustate fere colapsam Bartholomæus Capivacceus anno 1577 restauravit, quod in inscriptione ibi legitur.

HAEC DIVINA MONTIS AE  
GROTORVM BALNEA ALIOR.  
INCVRIA PENE CORRVPTA  
HASQ. AEDES VETVSTATE CO  
LAPSAS BARTOLOMAEVS CA  
PIVACCEVS IOANNIS F. ANTI  
QVAE FORMAE AC SALVBRITA  
TI RESTITVIT. M. D. LXXVII.

Quam domum nuper ob nostrorum incuriam temporis injuriis relictam diligentissimus Doctor Mingonius fe-re reædificavit.

Quamvis apud antiquos auctores de montis ægrotorum historia nihil inveniatur, attamen credendum est locum hunc antiquitus magnifica ædificia habuisse, tum propter

K 2 frag-

Quorum unum Isaacus de „ torem ab hæredibus olim Dondis q. *Jacomi*, frater Joan- „ Domini Empererii de Mali- nis, in testamento an. 1383. 2. „ ciis positos in Montegroto Sextili construi jubet. Testa- „ super balneum Communis; mentum est apud Marchio- „ in qua domo sint, & esse nes de Horologiis, in quo le- „ debeant sex legitimati de tel- gitur.

„ Pro reparacione Ecclesiæ „ S. Elisi de Montegroto li- „ bras quinquaginta . . . „ Item reliquit quod de bonis „ suis rædificetur una domus „ super quibusdam muraleis „ acquisitis per ipsum Testa-

„ Domini Empererii de Mali- „ ciis positos in Montegroto „ super balneum Communis; „ in qua domo sint, & esse „ debeant sex legitimati de tel- „ la, omnibus ascendentibus „ ad summam librarum mille „ parvorum, & minus in de- „ terminatione, & arbitrio hæ- „ redum suorum infrascripto- „ rum ad servitium & com- „ modum pauperum, & mise- „ rabilium personarum. „

fragmenta expolita marmoris *parii*, *Serpentini*, *Lunensis* &c., quæ plurima e terra effodiuntur, ut etiam ob magna parietum vestigia, pavimenta signina, balnea multa, quæ fere quotidie huc illucque sub terra cernuntur, ut etiam monetas Romanas, quæ tamen ita a thermarum salibus corrosæ sunt, ut in his nihil legi possit. Præter hæc etiam maximum antiquum balneum extat, quod stratum atque circumdate erat magnificè amplis & perpolitis lapidibus propinquorum montium, cuius longitudo est 168 pedum parisienium, latitudo 46, & profunditas 4 pedum: In medio autem ejusdem balnei existebant duarum columnarum partes lapidis montium Euganeorum rectis striis ornatæ, quæ an teatum balnei integræ suffulcirent, an lapideas tabulas? ego judicare nequeo: Hoc tamen certum est, in uno antiquo Aponi balneo supra ipsum collem, adhuc conspici in medio parvam columnam, supra quam tabula lapidea quadratae figuræ erat, quæ nunc in ipsius balnei fundo cernitur: usus harum tabularum multiplex esse poterat pro balneantium commodo. Sed paucis abhinc annis, quod non fecerant Barbarorum incursiones, nostri fecere; nam magnificentum hoc balneum destruxerunt, atque ejus lapides ob vile lumen vendidere.

Haud procul ab antedicta domo supereft turris pars, quæ vulgo creditur, olim sacram turrem fuisse parochialis Ecclesiæ, quæ ad Montanionem translata fuit, quæ tamen ex allato superius Isaaci de Dondis testamento, S. Eliseo dicata erat, ut etiam patet ab antiquo Ms., quod vidi apud Archipresbyterem S. Petri montisanionis (a)

Ther-

(a) In autentico Catast. mem- ni Sub bona memoria D. Il- brano feudorum Epatū padua- debrandino Epo paduan. signa- to

Thermæ S. Bartholomæi ita appellantur ab antiquissima Ecclesia eidem Sancto dicata olim a Leonii civibus Patavinis (*b*), nunc tamen de jure Marchionum Objiciorum.

S. Helenæ Balnea (*c*) *mons stufæ* anno 1156, aut *mons stupæ* (*d*) a *stufa* seu laconico vocata sunt; sed nunc nihil nobis aliud innotescit de his Balneis ex antiqua historia; nisi quod anno 1320 *Mons stupæ* uti feudum concessum fuit Nicolao, & Ubertino de Carraria a Federico II. Imperatore, quod in ampio lapide posito ad meridiem in ejusdem montis base legitur.

„ Federicus D. G. Romanorum Rex Imp. Augustus  
 „ Universis Sac. Rom. Imper. fidelibus præsentes litteras  
 „ inspecturis, gratiam suam, & omne bonum toties re-  
 „ giae celsitudinis . . . . itaque Nob. Viri Nicolai de  
 „ Carraria, natique Nob. Viri Ubertini de Carraria no-  
 „ stri, & Imperii fidelis dilecti, grataque nobis & impe-  
 „ rio . . . . exhibere potuerit obsequia, & ut in de-

vo-

to a R. 80. Concessio tenoris sub-  
 sequentis manu Ottolini de cassel-  
 lis. 9. dñi nicolini notarij sñi  
 epi &c.

In Christi nomine amen anno ejusdem natv. Millio trecentesimo trigesimo tertio Indictione prima dien ven sexto ms Augusti Padue in epali palatio, In sala magna superiore ps ven viris. D. Joanne gratioso canonico senen Dno Nico-  
 lao &c. concesserit omnibus modis quibus melius petivit dictæ Ecclesiæ S. Petri & Helisei de Montagnone & Montegroto &

canonicis dictæ Ecclesiæ tunc præsentibus & futuris seu D. Vitaliano de Basiliis tunc ibi præsenti Syndico dictæ plebis predicta postulanti & recipienti sindicario not clericorum seu Canonicorum dictæ Ecclesiæ Omnes predictas decimas plebatus dictæ Ecclesiæ & quartesia parochianorum suorum &c.

(b) Scardeonius lib. I. clas.  
 I. pag. 22.


(c) In Mss. anni 1156.

(d) Ungharellus l. c. & la-  
 pis Federici Imperatoris.

„ votissimi, & fidelitatis zelum erga nos, & Sac. Imper-  
 „ rium ferventius attendatur, ipsum de districtu, & omni  
 „ jure, & jurisdictione notis, & imperio in terris suis,  
 „ & aliorum de domo sua pertinentibus, & de Monte  
 „ Stupæ, qui balneum S. Elenæ dicitur, cum omnibus  
 „ suis pertinentiis, recepto ab ipso fidelitatis homagii sa-  
 „ cramento, ex spetiali gratia, & benignitate regia in-  
 „ feudamus, dantes sibi super eo præsentes nostri Rega-  
 „ lis sigilli munimine roboras. Datum in Demburgh  
 „ IV. Kal. Mart. anno D. MCCCX. Regni nostri VI...

In alia inscriptione super Sacelli S. Elenæ ostio circa  
 an. MDXCVI. legimus hæc verba „ Sacellum hoc con-  
 struendum mandavit Aloysius Sylvaticus Archidiaco-  
 nus. „ & anno 1611. Jo. Baptista J. C. & eques,  
 Franciscus, & Benedictus Philos. & Med. Professor Syl-  
 vatici ab injuria temporum vendicarunt idem facellum.  
 Anno autem 1648, quomodo apparet ab alia inscriptio-  
 ne in Palatio super cubiculi ostio, Benedictus Sylvaticus  
 eques, & superordinarius Professor in ampliorem, com-  
 modiorem formam Palatium, quod adhuc extat supra  
 hunc montem S. Helenæ, redegit, atque objacentem col-  
 lis planiciem directa area explicuit, & hinc inde deductis  
 rivis, placide alluentis fluminis commercio aditum aper-  
 ruit. Ad Fontem vero, ubi Balnea, sub Sacra Imagine  
 Beatæ M. Virginis, est, FONS SALUTIS, & infra le-  
 gitur „ Fons hic Cœlestis invocatus, terrenis dedit vir-  
 „ tutem, & fortitudinem, dimissam vocem reassumpsi ego  
 „ Joseph Bellinus Attestinus J. U. D. anno D. 1651  
 „ ætat. suæ 49. & in memo. posui. „


De balneis Sanctæ Helenæ hoc reliquum est unum,  
 ut dicamus; nempe anno 1692. Comites Bartholomæus,  
 & Benedictus fratres Sylvatici Domum balneorum, seu  
 infirmorum restaurarunt, ut legitur in inscriptione super  
 ostio ipsius Domus.



Leonardus Barrai delineavit

Carolus Calcinato Sculpsit

pag: 76.



Carolus Calcinoto Sculpsit

## C A P U T III.

De Historia naturali Ther-  
marum Patavinarum.

**M**ulta & diversa dicere debo in præsentia rerum, de horum fontium origine, de illorum calore, de toporum generatione, de plantis, insectis in his genitis & morantibus, nec non de omnibus, quæ in ipsis continentur, quæ subsident, & quæ observantur absque chymica analysi.

Et primum paucis immoror in quæstione originis fontium, utpote quia quamcunque sententiam amplectamur, ipsa suis objectionibus minime caret: Attamen quid aliqui Scriptores sentiant breviter referam (a).

Car-

(a) Legi possunt sequentes auctores, qui de hac re, aut aliquid dicunt, aut ex professo agunt. Plato in *Dialogo* cui titulus *Phædon.*, Epicurus in epistola ad Pitoclum relata a Diogene Laertio, Plinius *hist. nat. lib. 2. cap. 62.*, Lucius Annæus Seneca *Natural. quæst. lib. 3. cap. 5.*, Jacobus W. Drobzenz in tractatu *de nova philosophia spectans fontes. Ferrariæ. 1657.*, Franciscus Vallesius in libro *de sacra Phi-*

*losophia. cap. 63.*, P. Gaspar Scotus in *Anatomia Physico-Hydrostatica fontium, & fluminum*, Libertus Fromondus *lib. 5. Meteorologicor. cap. 2. art. 1.*, P. Nicolaus Cabæus *lib. 1. Meteor. text. 62. quæst. 1.*, Nicolaus Papin in libro *de originibus Fontium*, Du-Hamel in sua *Physica. Par. 2. cap. 3. de meteor.*, Nicolaus Ghezzi *dell' origine delle Fontane. Venetiis. 1741.*

Cartesii (*a*), ac Fallopii (*b*) sententia, quæ Ramazzino (*c*) placuit, est, maris aquam in terræ cryptis tamquam in cibano a subterraneo calore guttatum distillari, ac inde fontibus aquæ dulcis ortum præbere. Van Helmontius (*d*), Julius Scaliger (*e*), P. Kircherus (*f*), Jacobus Rohaultus (*g*), Andreas Baccius (*h*), *De la Hire* (*i*) defendere conantur a mari fontes, & flumina originem accipere; & Cl. Joh. Ludovicus Leuchsenringus (*k*) originem fontium perennium ad Henkelii & Kühnii, aliorumque mentem explicat, & ex mare deducit. Hi omnes ex mare Fontes, ac Flumina oriri contendunt, quod Aristotelem (*l*), Jovianum Pontanum (*m*), Joannem Baptistam Labat (*n*), ut etiam Nieuwentytum (*o*), &

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

- |   |  |
|---|--|
| ( <i>a</i> ) <i>De principiis Philosophiae</i><br>Oe. Amstel. 1644.   | pag. 6. n. 10.   |
| ( <i>b</i> ) <i>Opera omnia</i> Oe. Vene-<br>tiis. 1606. tom. 1. tract. 7. de<br>thermalibus aquis. cap. 3. pag.<br>253.                                  | ( <i>i</i> ) <i>Histoire de l' Academie</i><br>Roy. des Scien. Oe. an. 1703.<br>Paris. 1720. pag. 1. mém. pag. 56.   |
| ( <i>c</i> ) <i>De fontium Mutinensium</i><br><i>admiranda scaturigine tractatus</i><br><i>Physico-Hydrostaticus</i> . Mutinae.<br>1691. cap. 5. pag. 53. | ( <i>k</i> ) <i>Dissert. Chemico-Medica</i><br><i>inauguralis de Fonte medicato</i><br><i>Niderbronnensi</i> Oe. Argentorati<br>1753. pag. 15.                 |
| ( <i>d</i> ) <i>In supplemento de Spa-</i><br><i>danis Fontibus. Paradox.</i> I.  | ( <i>l</i> ) lib. 1. cap. 13. <i>Meteo-</i><br><i>rologiae.</i>  |
| ( <i>e</i> ) <i>Exerc. 46. in Cardanum.</i>   | ( <i>m</i> ) lib. meteor. tom. 4. opp.<br>pag. 3142. & seq.  |
| ( <i>f</i> ) <i>Itinerar. Estatic.</i> cap. 1.  | ( <i>n</i> ) <i>Voyage en Guinée, dans</i><br><i>les îles voisines, &amp; à Cayenne</i><br>tom. 3. pag. 25. 36. 43.  |
| ( <i>g</i> ) <i>Physica &amp;c. editio 4.</i><br>Londini. 1718. pars 3. cap.<br>10. pag. 416.   | ( <i>o</i> ) <i>L'existence de Dieu de-</i><br><i>montrée par les merveilles de la</i><br><i>nature en trois parties</i> Oe. a<br>Paris. 1725. considerat. 20. |
| ( <i>h</i> ) <i>Libri septem. opus in quo</i><br><i>agitur de universa aquarum na-</i><br><i>tura</i> Oe. Romæ. 1622. lib. 1.                             |  |

& Jo: Albertum Fabricium (*a*), affirmare constat. Alii vero auctores, & Græci etiam (*b*) originem fontium pluvias tribuerunt, sicuti etiam Gaspar Bartholinus Thomæ filius (*c*), Perrhaultus (*d*), & Mariottus (*e*): Verum Sidelaus (*f*) ab hac sententia dissentire videtur, quia observavit plus aquæ ad mare per Angliæ flumina ire, quam a pluvia aqua habeatur; at forsan auctor non animadvertisit montium nives, atque in alpibus frequentes vapores, qui paulatim pluviam efficiunt (*g*).

Hic denique aliorum opinionibus prætermisso indicare debemus, quod Antonius Vallisnerius summis laboribus super montibus, fontium ac fluminum originem a pluvias ac nivibus solutis confirmavit (*b*), ut unusquisque vide-

L re

(*a*) *Theologie de l' eau, ou essai sur la bonté, la sagesse & la Puissance de Dieu manifestées &c. Traduit de l' Allemand. à l' Haye. 1741. lib. 2. chap. 3. pag. 153. & seqq.*

(*b*) apud Aristotelem *l. c.*

(*c*) *Dissert. de Fontium, fluorumque origine ex pluviosis. Hafniæ. 1689.*

(*d*) *Histoire de l' Acad. Roy. des Scien. &c. tom. 2. an. 1693. à Paris 1733. pag. 164.*


(*e*) *Oeuvres de M. Mariotte divisées en deux tomes. Leide. 1717. tom. 2. Second. discours de l'origine des Fontaines. pag. 333.*

(*f*) *Histoire de l' Acad. Roy. des Scien. &c. tom. 2. an. 1693. pag. 164.*

(*g*) *Ed. Halleyus Reputatio circulationis aqueorum maris vaporum, & cause fontium. in Act. Erud. Lipsiæ an. 1692. M. Julii. pag. 308. 310.*

(*h*) *Opere Fisico-Mediche del K. Antonio Vallisnieri &c. Venezia. 1733. in fol. maj. tom. 3. Lezione accademica della origine delle Fontane &c. pag. 5. usque ad pag. 34. huic lectio- ni ibid. sequitur Della vera ed unica origine delle Fontane Lettera Fisico-Meccanica del Dottor Caston-Giuseppe Giorgi Fiorentino. pag. 35. usque ad pag. 63. Lettere due di Domenico Corradi d' Austria pag. 64 usque ad pag. 71. qui Vallisnerii sen- tentiam multis observationi- bus*

re potest, qui montes attentè examinabit (i). Ego quoque peragrando Mutinenses, Bononienses, Lunenses, ac Hetruscos montes Vallisnerii observationes renovare potui, aliasque instituere, quas si modo singulatim describere voluisssem, nimis a re discederem, & eo magis, quia illas descripsi in meo *Itinere Historico-naturali*, quod typis quamprimum committam. Silentio tamen sequentem haud prætermitto observationem. Quintili mente hujus anni inter alia me contuli ad perscrutandam profundam atque longissimam cryptam, quæ extat in Lunensibus montibus procul a Massa Carrariæ sex millia passuum, & vulgo *Os Bignonis* appellatur: In illam ingressus sum, & per ipsam incessi ultra ipsius longitudinis medietatem, quæ oblique fertur, & fortasse plus quam millia passuum longitudinis terminum habet in fontem perennem; qui in torrentem *Frigidum* (k) vocatum



bus, atque rationibus comprobant: & Dominicus Vandellius Patruus meus eamdem sententiam contra oppositores confirmavit. *Lettera sopra alcune opposizioni fatte al libro dell' origine de' fonti, e fiumi del Cav. Antonio Vallisnieri.* intom. 14. *Della Raccolta Calogeriana.*

(i) Anfractus atque aquarum communicationes sub terra Vide apud Baccium *I. c. lib. 1. pag. 6. n. 40.*, Aloysium Ferdinandum Marsilium *Histoire Physique de la mer. Amsterdam 1725. livre. 1.*, Derham *Physico-Theologie liv. 3. ch. 2.*,


*Philosophical Transaction n. 360. a curios description of the strata of the Coal-mines of Mendip in Somersetshire by John &c. atque apud alios.*

(k) In cuius alveo ego inventi *Tineam aquaticam*, quæ se se induit minimis lapillis variè coloratis mirabili artificio musivi forma conjunctis, de qua *tinea*, sic Cel. Eques Carolus Linnaeus mihi scribit martio mense hujus anni,, *Tinea illa lapillis vestita, for,, te veterum Microcosmus sit,, quod nunquam vidi. ,,*

tum defluit: Hic accidit, dum venti australes spirant, & nives in montibus magna copia liquefiunt, quod per propriam supradicti Fontis viam tanta aquarum quantitas transire nequeat, ideoque iter suscipit per hanc cryptam sursum ascendendo, ut ex ipsa duobus ac pluribus diebus impetu ac murmure exeat, atque erumpat secum arenas lapidesque ferens. Ex quo facile coniucere possumus Fontes perennes esse non solum propter caveas & cryptas aqua ex pluviis, & nivibus repletas, verum etiam ob canarium angustiam, qui non nunquam inter laterales cryptas, & cuniculos suis gaudent diverticulis pro majori aquarum incremento.

Qua de re cum Vallisnerio (*a*) credimus aquas thermales S. Helenæ & reliquas montium Euganeorum oriri a montibus altioribus quam illi sint, quam exiliunt, & fortasse a Monte-Divite (*b*), aut Monte Venda: Quæ aquæ calidæ quibusdam ductibus hic & illic e terraexeunt, atque sub terra per planiciem S. Helenæ, S. Bartholomæi, Montis ægrotorum, montis-Anionis, Montis-Ortoni, Aponi perenniter excurrunt; nam si iis in locis per septem aut decem pedes, secundum planicie inæqualitatem, terra effodiatur, illico thermalis aqua saliens effluit. Et cum hujusmodi aquæ altissimis ex locis orientur, per æquilibrii leges (*c*) (quas natura ipsa partim nobis ostendit in Monte S. Helenæ, & colle Apo-

L 2 ni.)



(a) *I. c. tom. 3. pag. 9. n. 36.* & *pag. 27. 28. n. 36.*

(b) Sicuti dubitat Cl. Angelus Sclavetus *De aquis Montis-silicis epistola.*

(c) Ut putavit Cassinus apud Purchotium *par. 2. cap. 4. de*

*origine fontium & fluminum.*

*Du-Hamel* in sua *Physica pars 2. cap. 3. de meteor.*, & *Guilielmus Derbam lib. 3. cap. 4. in demonstratione essentiae & attrib. Dei.*

ni.) ascendere possunt tubis & fistulis pro embrocationibus, injectionibus quantum opus est: Itaque neque antliis, nec aliis instrumentis ad attollendas aquas indigemus, quod non contingit in Pisaniis thermis, in quibus aqua exantlatur pro stillicidiis.

Quomodo aquæ nostræ thermales salibus ac reliquis mineralibus imbuantur, decernere difficile est, quia quid Natura agat in terræ visceribus, nobis latet, & nihil nisi hypotheses excogitare possumus (a): Quoniam quis nobis asseverabit, aut præstabit, quod sal non dignatur in aquis potius, quam ipsæ ab aliis locis illud dissolvant? Et fœcundissimæ salis gemmæ mineræ (b) non

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) Quomodo aquæ minerales ac thermales salibus &c. saturentur Vide Joannem Rudolphum Glauberum *Furni novi philosophici, sive descriptio artis destillatoriæ novæ &c.* Amstelodami . 1651. pars 3. de *Balneis.* pag. 41. & seq.. Aristoles dixit in libro de sensu & sensibilibus. „aqua se imbuit mineralibus super quæ transit. „ & Galenus lib. 1. de simpl. medicina, credit aquam transeuntem super sulphur illo saturari. Vide etiam Pontanum in lib. de Meteor., Plinium nat. hist. lib. 31. cap. 4., Libavium lib. 6. cap. 1. , du Clos histoire de l' Acad. Roy. des Scien. à

Paris 1733. tom. 1. an. 1667. pag. 27. & seq. Mém. de l' Acad. Roy. &c. a Paris tom. 4. 1731. pag. 41., Joannem Gratianum Thermarum Patavinarum examen &c. Patavii 1701. cap. 3. pag. 37.

(b) Mineræ salis gemmæ diversis in locis suar: Vide Relation du voyage d' Espagne &c. Biblioth. univ. Juillet 1691. tom. 21. pag. 52., Geographiam Varenii lib. 1. cap. 2. sect. 1., Michaelem Mercatum Metallotheaca &c. arm. 2. pag. 28., Federicum Hoffmannum Opuscula Physica . Mém. de Trév. May. 1726. pag. 837.

non orientur ab aqua (a), quæ universale vehiculum spiritus acidos secum vehendo, atque diversas terræ species solvendo sales quamplurimos, ne dicam omnes, efficere nequeat? Vereor tamen hic aquæ tribuere generationem omnium rerum cum Mailleto (b); quamvis multum aquæ debeamus, & fortasse eadem aqua est, quæ calorem, ac ignem subterraneum excitat, transiens super mineras ferri, aut arenæ ferrariæ, (qua Euganei montes valdè abundant) cum sulphure (c), vel super

py-

(a) C. G. Schoberus *Hamburgisches Magazin &c.* Hamburg. 1756. vol. 6. par. 2. n. 1. pag. 115. adserit tutis observationibus salium fodinas, seu sal illud non ab initio eadem sub forma in illis locis adfuisse, quia in hujusmodi fodinis reperiuntur ligna, lapidosa corpora, quæ ad fluviorum sæpius littora inveniuntur, & aliquando cochlearæ, aliaque corpora marina.

(b) *Tallianed, ou entreintiens d'un Philosophe Indien avec un Missionnaire François sur la diminution de la mer, la formation de la Terre, & l'origine de l'Homme &c. mis en ordre sur les mémoires de feu Mr. de Maillet.* par J. A. G. \*\* Amsterdam. 1748. 2. tomes.

(c) M. Lemery *histoire de l'Acad. Roy. des Sciences an. 1724. Paris 1726.* pag. 48. an.

1700. pag. 51. edit. 2., *Ibid.*, M. du Fay, *sur la chaleur des eaux de Bourbonne.* pag. 47. 49. idem affirmat. Mr. Pitton de Tournefort, *Relation d'un voyage du Levant &c. à Paris 1717. tom. 1. Lettre 4.* pag. 155. ait, in insula Milo prope S. Joannem de ferro mineram ferri esse, in qua ignis perpetuus adest; inde etiam experimentum affert simile illi Lemery &c., Boerhaave *Elementa Chemiae. Venetiis 1749. tom. 1. pars altera de artis theoria exp.* pag. 191. & in tom. 2. pars 3. in *Fossilia proces.* 170. pag. 248., Joseph Duccinus *Trattato dei Bagni di Lucca.* 1711. cap. 9. pag. 99., & Cel. Joseph Benvenutus *del sale delle acque termali di Lucca.* Lucca 1758. Lettera al Sig. D. Paolo Agostini pag. 91.

pyrites sulphureo-martiales (a), ideoque & ipsæ calorem aquæ tribuere possunt, una cum acido vitriolico, seu

(a) Martinus Lister novæ ac curiosæ exercitationes, & descriptiones ihermarum ac fontium medicatorum Angliæ. edit. ultima. Londini 1686. cap. 9. ubi primus causam caloris thermarum ex pyritis idea dedit. Bergerus In commentatione de thermis Carolinis, qua omnium origo fontium calidorum, itemque acidorum ex pyrite ostenditur. Guelferbyti. 1709. cap. 6. pag. 63. 72. & seqq. Idem in dissertatione de Carolinis Boiemæ fontibus. Vitembergæ 1708. §. 2., Ipse Bericht vom Carlsbade. Dresdæ 1709. ex æstuantis pyritæ halitibus sulphure ferroque gravidis, fervent. Seippius in libello Uom Pyronontischen Brunnen. m. 79. Confer. Journal. de Savant de l' Angl. 1703. tom. 2., & Renatum Charles Questio an Thermæ Borbonenses &c. Besançon. 1721.

Experimenta vero circa pyritarum accensionem vide apud Jo. Federicum Henkelium in libro *Pyritologia oder Kiess-histoire*. Leipzig. 1725. pag. 62. 69., Bergerum lib. c. pag. 69., Gottlob Carolum Springsfeld Iter medicum ad Thermanas Aquif-

granenses & fontes Spadanos &c. Lipsiæ 1748. §. 16. pag. 40., Cel. Benyenutum l. c.. Insuper ad rem facit; quod intermittens Vulcanus Montis Gibii prope fontes Naphtæ Mutinæ, qui vulgo *Salsa* appellatur, dum exardescit, ac lapides ejicit, simul magnam quantitatem pyritarum sulphureo-martialium evomit.

Mr. du Clos l. c. credit aquas thermales calorem accipere a vaporibus ortis in mineralium fermentatione. Matthias Tilingius a diversa fermentatione *Disquisitio physico-medica de fermentatione*. Bremæ 1674., ut etiam Teophilus Grifonus Observazioni intorno alle acque del Bagno di Vignone. Siena 1705. pag. 43. cap. 2., Edmondus Meara apud Etmullerum tom. 3. pag. 232., ac Paracelsus in suo tristatu peculiari de *Baln. natural.* cap. 2. pag. 223.

Ab intestina aquarum effervescentia, seu motu Vide Jacobum Rohaultum *Physica* editio 4. Londini 1718. part. 3. cap. 10. §. 11. pag. 419., Mr. Lasône *Observations physiques sur les eaux Thermales de Vichy* pri-

seu sulphureo, atque phlogisto, seu oleo quodam minerali, quæ res sub vaporis forma exhalando, si terram se leniticam reperiant, concrescunt in verum sulphur crystallizatum. Quod si ab alia causa excogitamus ignis subterranei (*b*) aut caloris ortum atque pabulum; suf ficiens

primier partie. *Histoire des eaux* pag. 115. *Hist. de l'Acad. Roy. des Scien. an. 1753. Paris 1757.*, cum jam antea Mr. Charas a vitriolo, sulphure, seu ipsorum spiritibus, & sale calorem thermalium excogitavit. *Hist. de l' Acad. Roy. des Scien. an. 1692. Paris 1733. tom. 2. pag. 152.*, Commentarium ejus extat in tom. 10. ejusdem *Acad.* pag. 183.

Hic respondere possum Cl. Auctori bus *Excerpti totius Italicae, necnon Helveticæ Literaturæ pro anno 1759. tom. 2. Berne.* qui in excerpto mearum differentiationum pag. 61. scripsere, quod conciliare non possumus cum *iis*, quæ Cl. Auctor in limine differentiationis dixerat: calorem nimirum harum aquarum thermalium non ex fermentatione contentorum salium & mineralium profici sci, quod sal neuter in omnibus aquis thermalibus observaretur; profecto propriis constitit experimentis. Respondere, inquam, possum Cl. Auctori bus, quod ego cap. 1. pag. 8. dixi „ nempe

„ aquas thermales calefieri non „ a fermentatione contentorum „ salium & mineralium; nam „ sal neuter in omnibus aquis „ thermalibus necessario obser- „ varetur „ si hujusmodi sententia de aquarum calore uni- versaliter acciperetur; sciunt enim Cl. Auctores multas thermales aquas reperiri, quæ dun- taxat sal alcalinum continent, præter illas Galliæ, Carolinas, Bollenses &c. in Italia aliæ observantur v.g. aqua thermalis Porrectæ in Bononiensibus montibus &c. De Porrectæ Thermis, a me jam observatis, Cel. Ferdinandus Bassus nunc scribit.

(*b*) Hæc opinio probata fuit ab Empedocle apud Senecam *quest. natural. lib. 3. cap. 4.*, ab Apulejo in libello *de Mundo ad Alexandrum*, quem Apulejus Theophrasto, alii (ut Budæus) Philoni adscribunt; a Marco Manilio in sua *Astronomia*, Pontano in lib. *meteor. de font. calid.*, P. Atanasio Kircherro in *Mundo subterraneo lib. 5. sect. 2.*, Jo. Langio *lib. 2. ad epift.*

ficiens videbimus hoc non solum aquis calorem tribuere,  
ve-

epist. 52.. *De Balneis omnia quæ extant* &c. apud Juntas Venetiis. Michaele Savonarola lib. 2. cap. 1. pag. 10. D., Ibid. Joanne de Dondis pag. 100. C., Ibid. Bartholomæo a Clivolo *De Balneorum natural. viribus* lib. 2. cap. 2. pag. 270. F, a Conrado Gesnero excerpt. & obseruat. de *Thermis* lib. 1. pag. 290. B., a Gabriele Falloppio l. c. de *thermalibus aquis* cap. 5. pag. 262. & cap. 6. pag. 265. cap. 7. pag. 266. , a Joanne Eusebio Nierembergo Madritensi ex Societate Jesu *Historia naturæ*. Antuerpiæ 1635. lib. 1. cap. 56. pag. 407. de *balneis Albaniæ*, a Francisco Blondel *Thermarum Aquisgranensium & Porcetanarum descriptio*. *Aquisgrani* 1671. cap. 4. pag. 57. , Giorgio a Turre Patavino Junonis & Nestis vires in humanae salutis obsequium traductæ differt., in qua aeris & aquæ natura consideratur. *Patavii* 1668. cap. 11. pag. 69. & cap. 12. pag. 74. , Federico Hoffmanno *Dissert.* 11. cap. 1. pag. 162. , & a Nicolao le Roy Baccalaureo Medico *Philosophus mechanico-chymicus?* proponebat Parisiis idem le Roy an. 1721. sect. 1. cap. 2. pag. 56.

Qui vero diffusè videre cupiunt aliorum auctorum opi-

niones de hac re videant Marcum Tullium in tribus libris de *Natura Deorum*. M. Tullii Ciceronis *de philosophia* volumen secundum. Venetiis 1552. ubi Zenonis, Cleantis, & Crhyssippi sententias : Insuper legendum est quid sentiant Termophilus, Mileus, Lucretius, Vitruvius lib. 8. de *Archit.* cap. 2., Plinius hist. natural. lib. 31. cap. 15. , Andreas Baccius l. c. lib. 1. cap. 19. pag. 28., cap. 20. pag. 29. &c., P. Albertus Teutonicus in suis naturalibus libris lib. 2. *meteor. tract.* 3., & in libro de *propriet. element.* , Bernardus Varenius *Geographia generalis* &c. Cantabrigiæ 1712. cap. 17. de *aquis miner. propos.* 7. pag. 196., Bresmal in libello cuius titul. *Hydro-analyse des minerales chaudes & froides d' Aix-la-Chapelle* pag. 26. , Joannes Fantonus de *Thermis Valderianis* differt. duæ. Genevæ 1725. differt. 2. pag. 77. & seqq., & Cl. Joseph-Maria Verliccus in 4. epistola pag. 447. 449. & seqq. in calce operis, cuius titul. *L'inferno istruito dal Dottore Giamb. Andrea d'Aloisio nel vero salutevole uso de' Rimedj minerali dell' Isola d' Ischia* &c. Napoli 1757.

verum etiam ipsis spiritum vitriolicum, & oleum minerales, seu *phlogiston* communicare; quæ aquis intimè unita, & e terra exeuntia in aerem partim evanescunt, nisi idonea obstacula reperiant, ut se coagulent, atque sub forma veri sulphuris appareant; sicuti contingit in ductibus tectis, ac cavitatibus tophi selenitici Aponitani, atque supra foramina vapores sulphureos exhalantia Sulphurariæ Puteolorum, si eis superponantur lapides, aut tegulæ, ita ut obstant, ne omnes sulphurei vapores evanescant, qui sic partim in verum sulphur condensantur.

Ignem hunc subterraneum certè negare nequimus (*a*) ob multos montes ignivomos, seu Vulcanos diversis in regionibus (*b*) adhuc exardescentes, ut fileam multos alios in nostra Italia extintos, inter quos dignus est admiratio ne ille extintus in Senensis montibus *Redicofanus* vocatus, ubi adhuc crater conspicitur, super quem olim oppidum erectum erat, nunc vero ejus vestigia duntaxat

M ap-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) *Sur les Feux souterrains, les Tremblement de terre &c. expliqués chimiquement*; pag. 51. *Mémoires par Mr. Lemery* pag. 101. *Histoire de l'Acad. Roy. des Sciences*. an. 1700., Boerhaave *Elementa chemiae tom. I. pars altera de artis theoria.* pag. 239. Mr. de Buffon *Histoire naturelle générale & particulière avec la description du Cabinet du Roy.* tome premier. *à la Haye.* 1750. *Preuves de la Théorie de la terre. article XVI. des Volcans & des tremblemens de terre.* pag.

183. usque ad pag. 195.

(*b*) Ut videri potest in *Journal des Savans du 26. Décembre. 1667. extrait du Journal d'Angl.* ubi numerantur multi Vulcani; & apud Jacobum Gimmam *Della Storia naturale delle gemme, delle pietre, e di tutti i minerali; ovvero della Fisica sotterranea. Napoli.* 1730. tom. 2. lib. 6. cap. 8. pag. 529. §. 7., apud Baccium *I. c. lib. 1. cap. 18. pag. 31., & lib. 4. cap. 5. pag. 157. n. 40,* & Buffon *I. c., & apud alios.*

apparent: Fere ad dimidiam partem, & præcipue ad radices hujus montis prope viam Romanam multi pumices rubri separati, & etiam conjuncti cum *lava* (*a*) ferruginea, in qua parva crystalla montana, reperiuntur; maxima tamen quantitate, ac volumine majori sunt prope montem, minores vero pumices etiam in propinquis montibus S. Cascianum versus, atque frequentius in ipsa via Romana Senas versus inveniuntur.

Circa Aponum quoque olim Vulcanum fuisse afferunt Baccius (*b*), & P. Kirkerus (*c*); quidquid sit, quum aliqui Hetrusci quemdam lapidem *Cos* a me appellatum cum *mica nigra* (*d*), ab ipsis *peperinum* vocatum, suspicentur esse Vulcani ejectionem; etiam nobis ex lapide Euganeorum montium, qui tamen compactior est, atque durior, sed multa *mica nigra* repletus, nobis inquam, hoc suspicari liceret, etiam ob alias rationes, (præcipue ob vitrum fossile.) quas modo relinquimus (*e*).

Duæ

(*a*) *Vulgo, quæ fuit fluvius liquefantis ignitæque materiæ. Neapolitanæ Scientiarum Academiae de Vesuvii conflagratione, quæ mense Majo anno 1737. accidit commentarius. Neapoli. 1738. cap. 2. pag. 33.*

(*b*) *I. c. lib. 4. cap. 5. pag. 157. n. 40. cap. 7. pag. 170. n. 20.*

(*c*) *Mundus subterraneus in XII libros digestus. Amstelodami 1668. tom. I. lib. 4. sect. I. pag. 177.*

(*d*) *Micam nigram reperiri quo-*

*que circa mineram Salbergi ait Joannes Gotschalk Walerius Mineralogie &c. Paris 1753. tom. I. espece 126. 5. pag. 243.*

(*e*) *De Peperino lapide paucis abhinc diebus epistolam accepi a Cel. Baldassario, qui diligenter observavit frustula illa nigra splendentia in Peperino lapide non esse vitrea, ut Michelius credidit, verum esse spathi frustula: quæ observatio suspicari non prohibet, eumdem lapidem esse antiqui Vulcani ejectionem, maxime cum non multum a*

Mon.

Duæ sententiæ breviter a me allatæ probabiliores videntur, quām aliæ ; nihilominus objectionibus ipsæ non carent; unde si in earum solutionibus tempus terere vellem, nihil juvaret, quia hypothesibus indiget materia , a quibus ego libenter abstineo.

Aquæ igitur quomodocunque calefactæ , spirituque vitriolico imbutæ , solvunt aliquid ferri (*a*), terræ , salis , seu ipsum sal generant , ut fileam reliquos vapores , ac substantias, quæ in terræ visceribus miscentur aquis , adhuc nobis ignotæ (*b*) ; & hæc omnia arcte , & fere in æquilibrio aquis immixta sunt a spiritu vitriolico ; ut numquam subsideant , nisi hic spiritus cum peculiari terra calcaria conjugatur , unde fit sal seleniticum.

M 2 Apo-

Monte *S. Floræ*, ubi hic lapis reperitur, distet extinctus Vulcanus *Redicofanus* vocatus. Lapis vero Euganeorum montium a me appellatus *Cos. cap. 1. pag. 4.*, qui similia frustula nigra spathosa continet , pariter a Vulcano originem forsan duxit , cuius Vulcani existentia in Euganeis montibus, præter vitrum fossile , quoque apparer a quodam lapide nigro spongioso , quem vidi in monte supra *Cattajum* prope *Crucitum montem*. Comparavi lapidem *Peperinum* , & Euganeorum montium cum quibusdam Vesuvii Neapolis ejectionibus , & observavi ex his aliquas similes esse omnino lapidi *Peperino* , & lapidi Euganeorum Montium ; ita ut mihi videtur colorem nigrum

spathi , aut *mice* , & lapidis concretionem ab igne oriri , qui materiam lapidis in vitrum non commutavit , nisi aliquantulum ad lapidis consistentiam tribuendam .

An Orbis terrarum antiquitus ab innumeris Vulcanis inversus sit , sicuti putant Gulielmus Godofredus *Leibnitz* , & Lazarus *Moro* , aut a cometa , ut ait D. de *Buffon* ? decernere difficile est.

(*a*) Euganei montes ferro valde abundant , quod *Arenam ferrariam* cum Wallerio vocamus. *Mineralogie tom. 1. gen. 46. esp. 260. 1. pag 473.* , & ab aliquibus tamquam purum ferrum hæc habetur.

(*b*) Vide *Mr. du Clos. I. c. pag. 27. & seqq.*

Aponenses aquæ, ut alibi indicavi (*a*), verum sulphur sublimant, quomodo accidit in balneo Cæsariano Thermarum Aquisgranensium, de quo sic scribit Franciscus Blondel (*b*), Refert hæc aqua modis omnibus naturam sulphuris: hujus dat flores omnibus titulis medicinales: hos in putei collo & testudine scaturiginis in copia per aquas sublimatos & in glebas accretos, semper reperire & colligere est: eidem sulphurei flores præsertim a commixtione recentis aquæ, & veteris etiam quandoque ab impressione frigidioris aeris, in fundum alveorum decidunt, & præcipitantur, quod a Cl. Carolo Springsfeld doctè confirmatur (*c*): Ut fileam Ther-

(*a*) *Dissertationes tres de Aponi Thermis &c. Patavii 1758. dissert. I. cap. 2. pag. 21. & seqq.*

(*b*) *I. c. cap. 5. de balneis urbanis. pag. 70.*

(*c*) *I. c. pag. 20. §. II., & Cel. Macquer. *Elementa de Chymie pratique &c. à Paris 1751. tom. I. par. I. Chap. I. précédent 2. pag. 10.* ait,, On trouve une grande quantité de soufre naturel en beaucoup d'endroits. Les volcans en sont remplis: on en ramasse au pied de ces montagnes. Plusieurs sources d'eaux minérales en fournissent aussi: on en*

trouve de sublimé aux voûtes de certaines fontaines, entre autres à une fontaine minérale d'Aix-la-Chapelle.

Et Johannes Jacobus Scheuchzerus *Itinera per Helvetiae alpinas regiones. Lugd. Batav. 1723. tom. 3. Iter alpinum 6. pag. 452. & seqq.* scribit,, Balneum Alvonovanum quandoquidem sulphure copioso scatet, quod sub filamentorum formâ fonti innatatur, & canali æque ac rebus quibusvis obviis, ut graminibus, lapidibus, adhærescit.,,

Thermas S. Philippi, Rapolani, Petrivoli (*a*), aquam acidulam S. Albini prope Montem Politianum in Senarum ditione, quæ sulphur deponunt; ut etiam Lacunæ Volaterrarum, balnea *Hircheberg* (*b*); & forsan sulphur, quod effoditur ab illa minera *Scandiani* septem millia passuum longe a Rhegio Lepidi, jam exactè a Vallisnerio descripta (*c*), ab aqua ibi conficitur; nam sulphur topho seu tiburtino lapidi, aut gypso adhæret (*d*), & insuper Vallisnerius observavit sulphur solummodo reperiri inter rimas gypsi, aut tophi ubi aqua emanat, alibi enim sulphur non est (*e*); quæ aqua sulphureum odorem tenet (*f*); & aliquando inter tophi cavernulas crystallizatum sulphur habetur (*g*).

Quo modo autem nostris aquis sulphur misceatur, hic videndum est: Franciscus *Baile* (*b*) ait, duobus modis sulphur in aqua solvi, primo cum sulphur antea ab igne

suis ardorem admodum dulcificari, secundumq; adq; ex aqua solu-

sunt supra illorum rimos sanguinis sudoribus exquisiti ex pris-

na sunt. Et q; (a) inquinato radicul. r. m. v. p. n. p. n. p. n.

(*a*) *Lettera de' Bagni di P-*  
*triuolo del Dottor Flaminio Pi-*  
*nelli. Roma. 1716. pag. 47.* *Italia tom. 30. anno 1718. Ve-*  
*nezia. 1718. artic. 9. pag. 263.*  
*usque ad pag. 283.*

(*b*) *Wallerii mineralogie tom.*  
*2. hydrologie. gen. 11. esp. 38.*  
3. Et sic scribit Joann. Andr. Cramerus „ Sulphur nativum „ per aquas etiam præsertim „ sic dictas medicatas advehitur, & parietibus fontium „ se se applicat, varias ima- „ gines, imprimis aristarum „ tritici complicatarum, for- mans. „ Elementa artis docima- sticæ &c. pars 1. Lugd. b. 1744. pag. 240. §. 356.

(*c*) *Giornale de' Letterati d'*

(*d*) Sæpe gypsum ab aquis gignitur, sicuti demonstravit Cel. Baldassarius *Delle acque minerali di Chianciano Relazione. Siena. 1756. parte I.* pag. 49. usque ad pag. 55.

(*e*) *Giornale. l. c. pag. 267.*

(*f*) *Giornale. l. c. pag. 271.*  
*Lettera del Sig. Ippolito Spalanzani.*

(*g*) In eadem epistola pag. 274.

(*h*) *Physica. par. 1. lib. 3.*  
*sect. 2. de aqua.*

solutum sit, & tunc sub vaporis forma aquæ unitur; secundo ope alkali (*a*) fixi, aut volatilis, & sic sulphur in aqua solubile est, & in aere cito difflit; quod tunc a Chymicis hepar sulphuris vocatur: Sed fortasse magis probabile videtur sic contingere; nempe intra terram ab igne subterraneo, aut a pyritibus principia sulphuris constituentia aquas adipisci, idest acidum vitriolicum, & phlogiston, quæ cum aquam non reperiant, huc illucque accrescunt & sublimantur in veros sulphuris flores, aut si peculiari terra uniantur, crystallizatum sulphur præbent, quale est illud inter rimas montis Vesuvii a Wallerio (*b*) appellatum *Sulphur vivum capillare*, ut etiam *Sulphur nativum purum aut apyrum naturaliter crystallizatum* a Cl. Joanne Targionio Tozzetto (*c*) repertum non procul a Lacunis Volaterrarum.

Cl. Springsfeld (*d*) aliquantis per ad nostram propositionem accedit, dicens ab ipsis pyritibus terra conditis, atque ferventibus sulphureos vapores extolli, atque aquis uniri, qui verum sulphur continent (*e*); sed leges ac  
or-

(*a*) Nicolaus Lemery *Corso di Chimica*. Venezia. 1732. tom. I. cap. 20. *Riflessioni*. pag. 357., Boerhaave *Elementa Chemiae*. tom. 2. operat. chemicar. pars. 3. in *Fossil. proces.* 152. pag. 235., Macquer. tom. I. proc. 7. pag. 43.

(*b*) *Mineralogie*. tom. I. §. 105. espece. 213. pag. 376.

(*c*) *Relazioni d'alcuni viaggi fatti in diverse parti della Toscana per osservare le produ-*

*zioni naturali, e gli antichi monumenti di essa*. Firenze. 1751. tom. 2. pag. 442.

(*d*) *I. c. pag. 21.*

(*e*) Nicolaus Lemery *Corso di Chimica*. tom. I. cap. 7. pag. 114. sic explicat sulphuris miscelam in aquis. Cum aquæ transeant per inflammatas illas terras ex sulphure & ferro, calefactæ sunt, atque sulphur rarefactum ipsis immixtum est; sed cum ad

ordines omnes, quibus Natura utitur in Chemicis suis operationibus simplicioribus certè quàm nostris, quis audacter scire se jaetabit? quot olea, spiritus acidos nobis ministrat id, quod *Naturam* vocamus, quamvis nobis ratio lateat! Inveni prope fontes Naphtæ (f) Montis Gibii, qui Apenninum versus duodecim millia passuum Mutina distant, mineram Litanthracis fissilis bituminosi, a quo cum extrahatur destillationis ope, primo phlegma, spiritus sulphureus acidissimus, oleum tenue fere naphtæ simile, & dein oleum crassius petroleo simile, quod sub alio præcipitatur, sal acidum simile illi succini, atque terra nigra, quæ in retorta remanet; aliquis statim dicit aut ab hac minera scaturigines naphtæ oriri, aut naphtam cum limo seu marna ipsum lithanthracem produxisse (g). Et si quis videbit acidum vitriolicum nativum, quod guttatum extillat in quadam caverna (h)

pro-

ad Balneorum locum pervenient aquæ, & parumper quiete-  
verint, sulphur, quod pingue  
erat, ac intimius ipsis misceri  
nequiverat, sejungitur, atque  
ad latera labri, seu balneorum  
adhæret. Quid vero sentiat de  
sulphure aquarum thermalium  
Cel. Baldassarius, Vide ejus li-  
brum, cuius titulus est *Dele acque minerali di Chianciano Relazione. parte 2.* pag. 149.  
& seqq., qui in epistola ad  
me data Januario mense hu-  
jus anni, afferit, in aquis  
sulphur deponentibus, num-

quam experimentis indicia sul-  
phuris soluti observare potuisse.


(f) Sic petroleum Mutinen-  
se vocat Wallerius *Mineralogie.*  
tom. I. gen. 36. esp. 201. pag.  
352. obs. 1.

(g) Wallerius *Mineralogie.*  
tom. I. gen. 36. pag. 361. &  
seqq. obs. 4.

(h) Locus hic a Viterbio fe-  
re trigintaduo millia passuum  
distant: In agro circa Lateram  
multæ sulphureæ aquæ scatu-  
riunt, atque in monticulo quo-  
dam prope ipsas parvum an-  
trum est, in quo guttatum in-  
ter

prope oppidum *Lateræ* longe ab Aquis Taurinis circiter octo millia passuum; statim excogitabit ab ignibus subterraneis vitrioli fodinas, aut pyrites vitriolicas solventibus, atque quasi destillantibus provenire. hæc meræ sunt conjecturæ, ut etiam illæ de sulphure a nobis allatæ, quas tamen ad veritatem magis accedentes, amplecti debemus, quia ad has res perfecte cognoscendas mens nostra adhuc non pervenit. Modo e diverticulo redeamus in viam.

Quomodo cunque igitur sulphur nostris aquis immixtum sit, atque solutum, certum est eis inesse principia sulphur constituentia; quia Aponi aquæ argentum colore atro-cœruleo inficiunt, ipsumque sulphur deponunt, atque sublimant non solum in ductibus testis, verum etiam inter cavitates tophi selenitici Aponitani. Sulphur hoc concrescit iis in locis crystallizatum, quod non faciunt multæ aliæ aquæ sulphureæ: Nostri sulphuris crystalla parva



ter saxa acidum vitriolicum, seu sulphureum emanat, quod a Colonis colligitur vasis figurinis, intus vitro incrustatis, quæ ibi relinquunt, ubi guttulas decidentes observant: antrum hoc nisi hyberno tempore, aut flante Borea ingrediuntur; quoniam aliis temporibus præcipue æstate, antrum hoc est tamquam Mephiits. Acidum hujusmodi, quamvis aquæ immixtum sit, suam naturam blande vitriolicam non solum sapore, verum etiam chymicis experimentis ostendit;

& melius est, quæ spiritus vitriolicus dulcis, qui a pharmacopolis paratur; quæ de re Cl. Annibal Bastianus Naturæ observator diligentissimus Cortonæ Medicus Primarius optimo successu eo utitur.

Theophilus Grifonus *Osservazioni intorno alle acque del Bagno di Vignone. Siena. 1705. cap. I. pag. 13.* loquitur de alio spiritu vitriolico naturali, qui a Selvena parvo oppido Senas transfertur, a qua urbe hoc oppidum XLVI. millia passuum distat.

parva sunt, & tamquam exigui obelisci, seu prismata acuminata subtilissima, quæ crystalla diversimode inter se connectuntur; attamen persæpe crustas trium aut quinque linearum crassitie efficiunt, lapidibus aut *poris aqueis* adhærentes qua in parte crustarum superficies fere levis est, altera vero scabrosa a crystallis sulphuris paulatim ibi concrecentibus. Sæpe hæ sulphureæ crustæ, quæ facile in pulverem rediguntur, in aqua decidunt, dum nimis graves evaferint (*a*).

Ultimo prætermittendum non est, quod sulphur hujusmodi ut crystallizatum habeatur in vasis ligneis seu lapideis, supra foramina collis Aponi vapores sulphureos emittentia, positis, indiget moderato calore; nam in ductibus aut topis non ubi aqua calidissima est, sed ubi paulo remissior, & in vasis non in eorum principio, aut summitate, sed ad medium eorum sulphur adhæret.

Quid dixerit de hoc sulphure Falloppius (*b*), jam in mea dissertatione (*c*) retuli: Gratianus tamen (*d*) probat, ac rationes afferit, cur in Patavinis fontibus calidis sulphuris flores non appareant, & hinc inde non accrescant. Angelus Portinarius (*e*) ait, terra effossa circa collem Aponi, repertum fuisse verum sulphur: & *De Seine* (*f*) in suo recenti Italiæ itinere, dixit, apud Apo- ni fontem esse mineram sulphuris, ac salis.

N

No-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) An arte parari possit sulphur crystallizatum? non dum legi apud chymicos autores.

men. cap. 6. pag. 92.

(e) *Della Felicità di Pado- va. lib. 2. cap. 4. pag. 54.*

(b) *Tom. I. de thermalibus a- quis. tract. 7. cap. 17. pag. 314.*

(f) *Liu. I. chap. 5. Vide Le grand dictionnaire géographique & critique par M. Bruzen*

(c) *Dissert. I. cap. 2. pag. 22.* *la Martiniere &c. Venise. 1737.*

(d) *Thermarum Patavin. exa-* *tom. I. pag. 6.*

Nostris aquis etiam ferrum inest, quippe ab illis Apo-  
nensibus sublimatur, seu cum aqueis vaporibus extollitur,  
atque deponitur in ductuum fornicibus sub forma nitidæ ac  
levigatae lamellæ, quæ a fornice abrasa illico magnete at-  
trahitur: seu particulæ illæ ferri levissimæ redactæ quasi  
instar vaporis aquei, dum aqua calorem ammittit, paula-  
tim peculiari attractione sibi invicem uniuntur, atque præ-  
cipitantur in fundo ductuum Aponensium, quia graviores  
fiunt ob hujusmodi unionem, & tunc in sedimentis du-  
ctuum ferrum reperitur (*a*): Sed quod admirabile mihi  
videtur; est illius lamellæ ferri concretio, cui similis su-  
blimatio, nescio, an arte parari possit? (*b*)

Forsan hujusmodi ferrum aquis miscetur quasi sub va-  
poris forma in illa sulphuris ac ferri pyritarum effer-  
vescentia, quam diximus, posse oriri ab aquis super  
eas fluentibus? probabile videtur: aut sit in aquis  
solutum ferrum a spiritu vitriolico? hoc pariter credibile  
est in omnibus aquis thermalibus Patavinis, quæ ochram  
deponunt, & maxime aqua S. Petri Montis anionis, & S.  
Helenæ; nam scimus ferrum ab aliquo acido solutum,  
si acidum, aut alkali, seu terræ alkalinae a ferro aufe-  
rantur, ferrum jam ante solutum, remansurum esse sub  
forma ochræ seu pulveris flavo-rubri, quia tunc ea phlo-  
gisti quantitate caret, a qua formam metallicam ferrum  
obtinet: Sed Aponensibus aquis ob illas ferri lamellas  
aliquid amplius inest præter hujusmodi martis dissolutio-  
nen: Ecce quid sentit Cl. Normandus (*c*) de hac re  
*les*

(a) Vide meam *dissert. de in fossilia. proces. 169. pag. Aponi Thermis. cap. 2. pag. 25.*


(b) *Ferri sublimatio fit sa-  
le ammoniaco.* Boeraahve *Ele-  
menta Chemiae. tom. 2. pars 3.*  
(c) *Analyse des eaux de Jou-  
be proche la Ville de Dole en  
Franche-Comté à Dole. 1740.  
chap. I. pag. 36. & seqq.*

les eaux minerales en generale , du moins plusieurs , & en particulier les nôtres continent quelques frâgments de la partie fixe du fer, soit qu' elles s'en chargent en passant par des mines de ce metal & en les dissolvant, soit qu' elles soient entraînées, & élevées par les parties volatiles.

Nunc hæsitationes nostras datum sit breviter dicere de generatione illius lamellæ in ductibus Aponi ; at prius aliquid præmittere oportet.

Observavi in cretaceis collibus Senarum , ac Mutinæ diversas lineas , seu parva strata terræ martialis vel ochræ flavæ ipsos colles fere perpendiculariter multis in locis intersecantia , ac plurimas figuræ matheſis efficien- tia : quæ strata certè originem ducunt post collium coagulationem , ut unusquisque Telluris theoriæ peritus agnoscat : igitur excogitare possumus , dum creta illa collium adhuc cœnosa effet , multas martiales particulas unâ se conjunxit vi peculiari eis indita , unde illa strata confecta sunt . Forsan eadem lege antiquitus in montibus plurimæ aliæ metallorum mineræ se produxerunt ? In ferro quidem proprietas se invicem attrahendi , atque concrescendi seorsum a corporibus eterogeneis plane intelligitur ; quod observatur in Ætitibus , vulgo *Aquilinis* di- versarum specierum (a) , & præsertim in illis Ægypti , quæ præ aliis ferro abundant , & cavitatibus pluribus sunt distinctæ ; verum etiam in plerisque pyritibus , atque lapidibus martialibus lucide agnoscitur ; de qua re

N 2 pro-



(a) Vide species apud Wallerium *Mineralogie* . tom. 2. gen. 60. esp. 457. pag. 137. & apud Cel. Equitem Carolum Linnæum *Systema na- turæ* . Lugd. Batav. 1756. clas. 3. *fossilia concreta* . ordo 1. §. 35. seqq. , & apud Cel. Equitem *Aetites* . pag. 197.

prolix & eleganter Cel. & naturæ investigator famigeratissimus Joseph Baldassarius (*a*), P. Professor Historiæ Naturalis in alma Senarum Universitate, demonstravit: Quibus rebus cognitis explicari posset, nostras ferri lamellas, seu concretiones oriri ab illa vi attrahente ferri, unde seorsum longo tamen tempore, hujusmodi ferri lamellæ producuntur a minimis, ac levissimis ferri principiis, quæ aquei vapores secum extulerunt. Hæc est ratio, quæ mihi magis ad veritatem accedere videtur.

Quod attinet ad tophi generationem in aquis Aponi, & S. Helenæ (nam parum tophi aquæ Montis ægrotorum, & Virginis, & fere nihil reliquæ producunt) hic considerandum est. An ipsa aqua in terram ac lapidem vertatur? sicut putaverunt Robertus Boyle (*b*), Nevvtonius (*c*), Hookius (*d*), Nieuwventitus (*e*), Ellerus (*f*), Heusbau (*g*), Wallerius (*h*), & nuper Cl. D. Claudius

Fro-

(*a*) *Delle acque minerali di Chianciano. Parte I. pag. 65. usque ad pag. 74.*

(*b*) *Chymista scepticus, vel dubia & Paradoxa Chymico-Physica &c. Coloniae Allobrogum. 1680. De producibilitate chymicorum principiorum. pars. 4. De producibilitate terræ. pag. 87.*

(*c*) *In libro de Optica. pag. 319.*

(*d*) *apud Nieuwventitum. ibid.*

(*e*) *L' existences de Dieu démontree par les merveilles de la nature, en trois parties. &c. à Paris. 1725. liv. 2. chap. 4. pag. 275.*

(*f*) *Dissertation sur les elemens. Mém. de l' Acad. Roy. de Berlin. an. 1746.*

(*g*) *Apud M. Denis in suo Diario Litteratorum. Amstelodami. edit. an. 1673. Confer. 5.*

(*h*) *Mineralogie. tom. 2. premier division. gen. 53. §. 137. esp. 306. observ. pag. 6. ait sur tout si l' on fait attention que l' eau est elle-même composée d'une terre subtile, on n'est réellement qu'une terre, & fluide, comme le preuve assez son changement en glace par le gelée.*

Fromondus Monachus Camaldulensis P. Professor in Cel. Pisarum Universitate (a) : phœnomenon maximum est, quod experiens nititur, a quibus decipi facile possumus, dum aqua et si *pluvialis* aliquid terræ semper continet, quæ iteratis exhalationibus, aut destillationibus in vasorum fundo concreta remanet (b); qua de re ut nullis obnoxia esset difficultatibus sententia de aquæ Metamorphosi in terram, exactis, ac diligentibus observationibus indigeret, quibus usque adhuc caremus.

Attamen a nullis in dubium revocatur aquam esse vehiculum multorum corporum, (ne dicam omnium) quibus ea in terræ visceribus imbuitur, atque saturatur, & facilis diversis terræ speciebus, quæ in ipsa aqua tam æqualiter solutæ ac immixtæ sunt ab acido, aut vitrioli-

co

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) *Della fluidità dei corpi trattato* &c. *Livorno*. 1754. articolo 10. §. 119. pag. 170. usque ad pag. 173. & §. 122. pag. 174. 181. ait; Non sarà dunque cosa rara, nè strana, che l'acqua sia una materia pietrofa tenuta distolta in una flessibile forma di fluido semplicemente elastico da un particolare suo fluido solvente. Vide etiam *La Notomia dell'acqua osservazioni e sperienze di un non volgare Filosofo*, pubblicate da Dionisio Sancassani Magati da Scandiano. Padova. 1715. pag. 34. 39. & seqq.

(b) Sed Cel. Linnæus in *Syst. nat. ord. I. concreta*. 32.

*Tophus*. nu. I. pag. 193. Tophum illum a frequenti aquæ coctione ortum in ahenis, sic nominat *Tophus calcis cinereus adnatus*, aquæ impuræ. unde agnoscitur tophum hujusmodi ab aqua impura oriri, non jam ab aquæ metamorphosi. Cl. I. F. Lieberothius dicit aquam continere lapidum materiam, de qua fuse loquitur. *Hamburgisches Magazin*, oder Gesammelte Schriften zum Unterricht und Vergnügen aus der Naturforschung und den angenehmen Wissenschaften überhaupt &c. Leipzig. 1750. tom. 5. par. 4. n. 5. pag. 413.

co aut sulphureo, ita ut clara, atque pellucida aqua remaneat ; & quousque ille spiritus acidus non coeat cum aliis rebus, aut non evanescat, sedimentum aqua non relinquit; quia idem spiritus acidus sales , ac reliqua corpora retinet in æquilibrio, ac subtilissima divisione in aquis tam mineralibus quam thermalibus; sed ut dilucidè hoc agnoscatur, ecce experimentum . Si aquæ communi, aut medicatæ oleum tartari per deliquium affundatur , illico aqua dealbatur , ac nubecula alba in ipsa conspicitur, quæ paulatim vasis fundum petit sub terræ forma; at si eidem aquæ albatæ acidum vitriolicum , aut sulphureum infundatur, statim aqua clarescit ac limpida fit, ut quoque pellucidior, quam ante olei tartari miscelam. Demum aqua minerali aut thermalí exhalata , si ejus sedimentum rursus in aqua communi destillata solvatur , aqua turbida evadit, quæ tamen clarescit , atque pristinam pelluciditatem adipiscitur post acidi aut vitriolici , aut sulphurei infusionem, dummodo quantitas proportionata sit (a).

Cur in primo casu ab oleo tartari alba aqua fiat ? suspicamur hoc accidere propter absorptionem acidi in aqua jam existentis ab alkali isto ; quod si acidum vitriolicum aut sulphureum aquæ adjiciatur , hoc vim alkalinanm olei tartari vincendo , pelluciditatem aquæ restituit : In secundo casu dici posset , acidum aut exhalavisse , aut cum aliqua peculiari terra coivisse , & sic sal seleniticum efficiisse , ita ut in nova dissolutione suum munus obire nequeat , unde acidum adjungere oportet ad

(a) Animadvertendum tamen est , si in aquæ exhalatæ terra selenitica existat , hæc dissolutionem non ferre , imo sedimento sal seleniticum , aut ad vasis fundum præcipitari.

ad pellucidam aquam obtinendam. Ex allatis experimentis deducitur, quod quacunque de causa acidum hujusmodi æqualiter solutas ac in æquilibrio aquæ terras non retineat, & aqua thermalis, mineralis, aut communis (quæ vim petrificandi habeat) reses fuerit, cuticula terrea ad ejus superficiem efficitur (*a*), quæ pedetentim augetur, & obdurescit, atque *porum aqueum*, seu *tophum* gignit, sub quo sæpe membranosa planta moratur (*b*). Fluens vero Aponensis aqua prope scaturigines tophum seleniticum album deponit, qui crystallis salis selenitici totus constat, quare differt a topho mineralis aquæ *Santæ Clanciani*, & thermalis *ab Aqua Pisarum*, qui dunt taxat seorsum aliquot selenites habet. Insuper ab aquis Aponi, & S. Helenæ tophus calcarius efficitur, dum illæ paullulum minus caleant (*c*), qui fere instar marmoris expolitur. Tophus hic compactus est, atque multis stratis coacervatus, diversisque idiomorphas figuræ casu recipit; sæpe enim spongiosus est, atque intus pisolithes globulosos tunicatos (*d*) maxima quantitate tenet, aliquo modo

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) quæ a *Kundmann* appellatur *Calx nativa aquis supernatans*, vel *mixta*. *Flos calcis*. & ab *Hoffmanno Cremor Thermis supernatans*.

(*b*) De qua agam in meo *Itinere Historico-Naturali* ubi de *Thermis Vignonis Senarum*.

(*c*) Sed cum nimis tepidæ sint, nullum tophum gignunt, sicut faciunt etiam aquæ thermales *Vignonis*, *ab Aqua*, & plurimæ aliæ: Sed secundum

*Cl. Auctores Commentariorum de rebus in scientia naturali & medicina gestis. Lipsiæ. 1758.* tom. 7. in excerpto meæ dissertationis de *Aponi thermis*, hæ aquæ majorem tophi quantitatem producere deberent frigidæ, quam calidæ.

(*d*) Vide *Cel. Linnæum System. nat. 32. num. 2. pag. 193.*, & *Wallerium Mineralogie. tom. 2. l. c. esp. 309. 4. Pisolithes pag. 9.* Atque in Museo Bo-

do similes ( quamvis nostri minores sint ) illis therma-  
rum S. Philippi Senarum , quarum Pisolithes comparan-  
tur iis Tiburtinis, vulgo *Confetti di Tivoli*.

In aquis Aponensibus omnia injecta citè perpulchrè  
ab hujusmodi topho teguntur ; ita ut ibi habeamus qua-  
si mineram ad Musea Historiæ Naturalis ornanda ; quippe  
testacea maris, ossa animalium, arborumque folia sic to-  
pho exactè cooperiuntur , ut petrificationum matrices ,  
vulgo, obtinere possimus, ab aliquibus plurimi æstimatas :  
præterea posttypa seu imagines media parte eminentes a-  
quæ Aponenses conficiunt, dum typos seu formas earum-  
dem vitri, plumbi, æris, in eas injiciamus ; nam a typis  
alterius substantiæ integræ imagines extrahi nequeunt.

De facultate petrificante Thermarum Aponi locutus est  
Michael Mercatus (a), & Wormius (b), Henricus de  
Hee-

~~~~~  
Bononiensis Scientiarum Insti-  
tuti pisolithes similes his Apon-  
ensibus, vocantur *Stalactites*  
*in globulos magnitudine distin-*  
*cetos crustatim concretos ex aquis*  
*Liptovienibus Hungaricis . D.*  
*Guettard. Histoire de l' Acad. Roy.*  
*des Scien. an. 1754. Paris. 1759.*  
*Mémoire sur les stalactites. pag.*  
*19. explicat pisolithis concre-*  
*tionem.*

(a) *Metallotheca. Romæ. 1717.*  
*armarium 9. lapides idiomorphoi*  
*loculo 16. pag. 253.*

(b) *Museum Wormianum.*  
*Lugd. 1655. „ Ex Thermis*  
*„ Aponensibus in Italia stalacti-*  
*„ tem duriusculum, variis di-*

, stinctum coloribus habeo,  
„ maxima ex parte cinereum,  
„ sed venas habentem intermi-  
„ stas rubicundas, virides &  
„ candidas, quæ de minerali-  
„ bus huic aquæ, ex quæ pro-  
„ dit, mistis testari videntur...  
„ Splendentes quandoque huic  
„ inferuntur crystalli, duritiem  
„ massam reliquam superantes.  
„ Aliud genus hujus lapidis  
„ ibidem quoque reperitur,  
„ quod *Tubulatum* vocare lu-  
„ bet, quod in formam tubu-  
„ lorum minimorum concre-  
„ scat. Tubuli autem hi non  
„ omnes ejusdem sunt generis:  
„ quidam enim lœves, quidam  
„ aspe-

Heere (a) sic scripsit. Seneque liv. 3. des quest. nat. Il y a des Fontaines dit il, qui tournent en pierres. I'en ay veu un semblable au terroire de Padoie & étoit remarquée devant moy par Jean Heurnius au liv. premier de sa metbode, où il dit avoir veu le tetin d'une femme du tout petrisée, pour avoir été apres sa mort jetée dans cete Fontaine, quod nimis mirabile videtur.

Collis ipse ubi aquæ Aponitanæ scaturiunt, totus constat lapide calcario quasi calcinato intrinsecus a calore continuo aquarum, ac cavernulis frequenter effosso, qui similis omnino est topho calcario earumdem aquarum; unde conjicerè, seu suspicari possumus, olim in planitiem aquas Aponi exiisse, & paulatim collem coagmentavisse: fere idem quoque accidit aquis S. Helenæ, quæ parum supra earum scaturiginem versus occasum produxerunt stratum tophi circiter quinque pedes parisienes crassum. Quod nil mirum est; quia in Hetruria vidimus montes ab aquis communibus, mineralibus, & thermalibus efformatos (b), constare quodam lapide tophaceo, *Tiburtino*

„ asperi sunt; quidam coloris  
„ nivei, quidam cinerei, con-  
„ creti vero omnes videntur  
„ super paleas & stramina, si-  
„ quidem eorum ductus majo-  
„ res non sunt quam ut stra-  
„ mentum admittant, & sunt  
„ in quibus paleæ & stramina  
„ adhuc inveniuntur. „

(a) *Les Fontaines de Spa.*

a Liege. 1680. chap. 2. pag. 7.

(b) *Mémoires sur la struc-  
ture interieure de la terre par M.  
Elie Bertrand.* Zuric. 1752.

prem. mem. pag. 22. §. 8. sic Cel. Auctor hoc affirmat, Près de ces amas de Tuf, on voit, pour l' ordinaire, des Ruisseaux ou de sources, qui incrustent, de même, le corps, qui s'y trouvent .. *Hamburgisches Magazin.* vol. 6. 1750. n. 5. pag. 441. oss. par M. C. G. Schober sur le Couches de Tuf apud Occitaniam in Turringia, quod Cel. Bertrand observavit a Mon- tcherand, Agiez près d' orbe dans les carrières.

vocato ob illius similitudinem, quem aquæ Tiburis in agro Romano producunt. Montes seu colles hujusmodi lapidis observavimus prope thermas *ab Aqua* in collibus Pisarum, prope illas Vignonis, Rapolani, Montis-alceti, ut fileam strata gypsi ab aqua acidula Clanciani in Senensisibus montibus coacervata, sicut clare demonstravit Cel. Baldassarius (*a*).

Tophus calcarius Aponi quatuor, aut quinque annorum spatio ita ligneum canalem, per quem aqua fluit ad molendini rotam vertendam, ac rotam ipsam tegit, ut ostenteat illum ferris exscalpere, qui præter ligneam impressionem ab una parte, quæ ligno adhæret, constat modo decem, modo pluribus stratis coloris obscurō-cinerei, quorum crassities vix ad duas lineas se extendit.

Quo modo autem tophus generetur? explicare non tam facile puto. D. *Le Monnier* (*b*) ait, ut acidum aquæ potuerit transitu aliquem lapidem solvere, & sicut hoc acidum cito in aerem evanescit, aqua deposuerit lapideum sedimentum; sed Cel. Joannes-Baptista Passerus (*c*) naturæ scrutator solertissimus sic opinatur, *Le stalagmie si formano per via d' uno spogliamento, che nel suo letto fa l' acqua corrente di quelle particole tartaroſe, che altro non sono, che un sale pietroſo, che volentieri sopra del suo ſimile ſi congela.* Et Cel. D. Guet-

(*a*) *Delle acque minerali di Chianciano Relazione par. I. pag. 263. usque ad pag. 283.*


(*b*) *Suite des mèmoires de l' Acad. Roy. des Scien. an. 1740. Paris 1744. Observations sur les Sources minérales de l' Auvergne.*  
Pag. CLXXVII.

(*c*) *Nuova Raccolta d' Opuscoli Scientifici &c. del P. Calogierà. Venezia. 1755. tom. I. Dell' Iſtoria de' fossili del Pesareſe. Differt. 3. nella quale ſi tratta la Litogonità. §. 4. pag. 306. & ſeqq.*

Guettard (a) aliter de Stalagmitis genesi loquitur; dicit enim aquam esse *menstruum* universale expansum per Naturam; aqua vero imbuitur ab eo, quo integra corpora constabant ante solutionem. Cum multa aquæ quantitas corpora in dissolutione retineat, & hæc unio sæpe destruantur (quia aqua nova corpora dissolvit cum quibus majorum analogiam habet.) aqua tunc prima corpora depositum. Si autem corpus supra quod aqua actionem inivit, siccum sit, idest paucam aquam in propria compositione admittat, corpore destructo, parum hoc in solvente suspensum remanet, unde paulatim decidit, si *menstruum* motum ammittat: & sæpe cum eadem dissolutio parum intima sit, sedimentum fit, quum aqua guttatum decidit.

De tophi generatione alibi locutus sum, nihilo tamen minus in præsentia aliquid adjungere mihi liceat. Jam vidimus, quod luculenter imposterum videbimus, sal seleniticum in aquis fieri ab acido cum peculiari terra, idque sal si seorsum concrescat, habemus tophos albos quasi translucidos tamquam subtilibus, prismaticis, rectisque columnis coagmentatos, quæ columnæ sunt ipsa salis selenitici crystalla: superficies tamen hujus tophi seu pori

O 2 aquei



(a) l. c. pag. 19.  
*Histoire de l' Acad. Roy. des Scien.* an. 1747. à Paris. 1752.  
*Mr. Sauvages. Continuatio commentarii, qui continet observationes lithologicas.* pag. 711. Eruditè loquitur de tophorum aquarum genesi; atque ait, tophos partim generari ex limo, partim ex succo lapideo selenitico: Sed Cl. Rudolphus Augu-

stus Vogelius in libro cui titulus *De incrustato agri Göttingensis commentatio physico-chemical*. Gettingæ. 1756. pag. 13. credit aquam mutari in lapidem vel anteaquam illa decidet, & sic strias in cameris pendentes format; vel cum ejus guttæ jam deciderint, vel & utroque modo.

*aquei* paullulum assimilatur illi a Mercato (a) *Fungo Galfiro* vocato: Constat ita est hujus tophi structura, ut cum Cel. Passero (b), qui tophorum elegantem formam spectans, tophos quosdam lapideas plantas credit (c); tophum hujusmodi plantam vocaremus, nisi salium seleniticorum aggregationem in ipso cognovissimus, a quibus salibus fortasse multorum tophorum generatio repetenda est.

Observavi in quibusdam antiquis ductibus subterraneis, vulgo *Bagno di Mario* (d) appellatis, prope Bononiam, ubi lente aqua excurrit, ad ipsius superficiem lamellas albissimas, in quibus lucidè apparent salis selenitici crystalla (e); quapropter prætermisssis aliis exemplis, dice-

re

(a) Michaelis Mercati *Mettalotheca*. pag. 257.

(b) I. c. §. 18. pag. 358. usque ad pag. 361. & in tom. 5. *Nuova Raccolta d' Opuscoli &c. del P. Callogierà*. *Dissert.* 4. §. 17. pag. 78.

(c) D. Guettard *Mém. cit.* part. 2. pag. 60. & seq. explicat concretionem calcarii stalagmitis diversæ formæ, structuræ ramosæ, plantarum instar, & causam repetit a lapide jam in aqua soluto, qui muscosas plantas, aut aliarum plantarum radices obducit, ita ut consumpta planta, simplex stalactites ramosus instar plantæ remanet.


(d) De quo Balneo aliquid scribunt Historici Bononienses; ad quod forsitan perti-

net Romana inscriptio, quæ nunc exstat Bononiae in Palatio Nob. Viri Albergati; de qua inscriptione agit Joannes Capponius in dissertatione edita in *Prose de' Gelati*, edita quoque in libro *Malvasiae*, cuius titulus *Marmora Felsinea*. Bononiae. 1690.

Ductus subterraneos fere similes illis *Balnei Marii* vidi sub antiqua urbe Clusii in Hebruria, qui vulgo ibi *Laberinto* vocantur.

(e) Attamen aliquis stalactites ab aliis salibus suam genesim repetit v. g. *Stalactites albus salinus*, qui sub antiquis fornicibus, ubi aqua penetrat, concrevit, atque generatur a sale calcis.

re possumus plurimos tophos, ne dicam omnes, a sale selenitico oriri; quod si in eorum concretione terra ipsis misceatur, tophi calcarii diversis etiam coloribus propter terræ qualitates, efficiuntur, in quibus tamen nudis, aut armatis oculis sal hujusmodi conspicitur. Prætereunda sunt exempla aquarum tam communium, quam mineralium, & thermalium, quæ tophos diversæ speciei gignunt (*a*); nam oporteret alabastra etiam considerare, quæ & ipsa a sale selenitico variæ speciei a nostro ortum repetunt; quamvis putet aliquis ab aqua ( secum vehente principia hujus salis ) nec alabastra, nec *poros aqueos* &c. oriri; creditur enim cavernas ubi stalactites reperiuntur, ab aqua non madefieri, ideoque stalactites vegetare instar plantæ. Modo objectiones omnes contra hanc opinionem in medium proferre nequeo, quia nimis digrediar a tractatu Thermarum; at tamen



(*a*) Ut in Hetruria aquæ thermales S. Casciani, S. Philippi, Rapolani, Vignonis, Petruoli, Roncolani, aqua acidula Clanciani, ac thermalis ab *Aqua*, acidula Asciani, & thermalis Pisarum, demum aquæ thermales Lucenses, ut si leam multas alias a me observatas. De plurimis aliis aquis tophos efficientibus, Vide apud Fabrettum num. 10. & num. 69., Nardinum lib. 8. cap. 4., Mercatum in sua Metalloteca. pag. 252. & seqq. ubi agit de lapidibus terræ similibus, Mar-

chionem Marcum a Fratta Montalbanum *Delle acque Minerali del Regno d'Ungaria Relazione. Venetia. 1687.* pag. 17., Andream Baccium de *Thermis &c. lib. 1. cap. 15.* pag. 27. & seqq. n. 5. 10. 20., *extrait du Journal d'Angleterre. Journal des Savans, du premier Juillet. 1675. Des eaux mineral. d'Ungarie ; Biblioth. univ. & histor. Juin. 1688. pag. 465. tom. 9.*, *extrait du Journal d'Allemagne, Journal des Savans du 7. Février 1684.*, Bacconum de Verulamio in *Sylva*, Joannem Laurentium Maf- fæum

tamen dicam in caveis seu cryptis montium a me visis, inter quas est illa angustissima non longe a balneo *ab Aqua* in Pisarum collibus, me observasse non solum forniciem, sed latera, ac fundum hujusmodi cavernæ incrustedum stalagmitibus, seu *poris aqueis* stillatitiis madefactis, quorum illi fornicis in apice molles & friabiles erant, a quo gutta aqua paulatim decidebat (a) in solo, ubi rectus stalagmitis conus ab ipsa aqua producebatur, qui suo apice recta linea superiori stalagmiti respondebat, & sic de reliquis dicendum. Qui vero aliquas cavernas omnino exsiccatas cum *poris aqueis* videbit, pro certo affirmare nequit olim illas aqua non fuisse scatentes; observamus enim saepe fontes antiquos mutare cuniculos.

Nunc de lapidum vegetatione (b) sermo instituendus es-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

fæum *Scala di Filosofia*. grad. 20. cap. 4., Petrum Meffiam *Selva part. 2. cap. 28.*, Andreum Tiraquellum in adnotationibus ad Alexandrum de Alexandria lib. 5. cap. 9., Marginum in *Geographia Ptolomæi*, Varehnium *Geograph. lib. 1. cap. 17. prop. 13.*, P. Ovouglie *Descrizione del Cile. lib. 3. cap. 11.*, Mr. Hanry de Heere *Les Fontaines de Spa. cap. 2. pag. 8.*

(a) Quod etiam Cl. Dominicus Schiavo observavit in aliis cavernis *Descrizione di varie produzioni naturali della Sicilia. pag. 60. tom. 2. Nuova Raccol-*

*ta d'Opuscoli &c. del P. Callo-gierà. Idem affirmat D. Dau-benton, mémoire sur l' albastre pag. 245. Histoire de l' Acad. Roy. des Scien. an. 1754. Paris 1759.*

(b) De lapidum vegetatione scripsere Imperatus Dell' *Istoria naturale libri 28. Napoli 1590. lib. 20. cap. 2. pag. 586.*, Georgius Baglivus *Opera omnia. Lugduni 1704. dissert. 5. de vegetatione lapidum pag. 475. usque ad pag. 501.*, Mr. Pitton de Tournefort *Relation d'un voyage du Levant. Paris 1717. Lettre 2. pag. 67. tom. I. eodemque tom. Lett. 5. pag. 187. 190. usque*

effet, sed alibi hoc prolixè faciam. Modo dicendum de reliquis nostrarum Thermarum sedimentis.

Aquæ Aponenses in ductibus deponunt arenam cum ferro & mica flava seu *animochryso*. Insuper sæpe cernuntur cavitates lapideæ collis Aponi plumbæ coloris, qui aeri expositus cito evanescit; & inter rimas ejusdem collis aliquando terra alba, quæ sic ab aqua madefacta est, ut primo intuitu lacti parum condensati comparari possit, & exsiccata omnes *Lactis Lunæ* qualitates habet. In canaliculis aquæ Aponensis quædam materia glutinofa - mucosa pinguis cinerei coloris visitur similis illi aliquo modo Thermarum Badensium, quam Auctor anonymus (a) a terra gypsea oriri afferit, cum recremento illo

usque ad pag. 195. Cl. Joannes  
Baptista Passerius *dissert. 3. Dell' Iстория de' Fossili del Pesarese.* §.  
18. pag. 358. usque ad pag. 364.  
in tom. 1. *Nuova Raccolta d' Opusculi del P. Callogierà;* & in  
tom. 5. ejusdem opusculorum collectionis, Cl. Passeri *Dissert. 4.*  
§. 17. pag. 77. usque ad pag.  
81. &c.

Sed Cl. Martinus Kaebler in *Dissert.* cuius titulus *Crystallorum generatio.* (Caroli Linnæi *Amœnitates Academicæ.* Holmiae, & Lipsiæ 1749.) pag. 460. §. 3. breviter confutat Tournefortii observationem de lapidum vegetatione.

R. P. Fr. Joseph Torrubia  
*Aparato para la historia natu-*

*ral española.* tomo primero. contiene muchas dissertaciones physiscas, especialmente sobre el Diluvio. Madrid. 1754. §. 22. pag.  
118. usque ad pag. 132. contra lapidum vegetationem erudite differit.

Et Cel. Argenville pag. 136. & seqq. hanc opinionem de lapidum vegetatione refutat, & per solam juxtapositionem fossilia crescere demonstrat. *L'Histoire naturelle éclaircie dans une de ses parties principales l'Ornithologie &c. par. Mr. \*\* des Sociétés royales des Sciences de Londres & de Montpellier à Paris.*  
1755.

(a) *Abhandlung von dem mineralyschen Gebalt und medicinischen*  
*chen*

illo caseoso pinguique butyri , quod aquæ ope & coctio-  
nis a butyro recenti abluitur , & sub crystallorum forma  
præcipitatur : Gypseam namque terram , partem albumi-  
nosam ovorum , & materiam caseosam pinguem conve-  
nientiam inter se habere , & ejusdem esse profapiæ ab  
Auctore ipso adfirmatur ; nescio tamen qua ratione .

Materia quidem hæc glutinoso-- mucosa pinguis paul-  
lulum dissimilis videtur illi , quæ est in aquis mineralibus  
*de Barege a Cl. Secondat observatæ (a)* .

Sal neutrum simile sali marino in lateribus fontium &  
rivorum non longe a scatebris concrescit , fere eodem  
modo ac fit sal Thermarum Lucensium , quod si illud  
sal

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

chen Gebrauch des im Marggra-  
ftbum Baden-Baden gelagenen  
warmen Bades , und der Mine-  
ralbäder überaupt &c. Strasburg,  
1756. cap. 2.

(a) *Observations de Physique  
& d' histoire naturelle sur les  
eaux minérales de Dax , de Ba-  
gnères , & de Barege &c. à Pa-  
ris . 1750. Mem. sur les eaux  
Mineral. de Barege. pag. 65. &  
seqq. de qua sic scribit . Les  
canaux par lesquels les eaux mi-  
nérales arrivent aux-bains , sont  
enduits d'une substance blanche  
qui paroît mucilagineuse , on l'  
appelle le limon des eaux . On en  
trouve aussi aux parois de l'a-  
queduc qui reçoit les eaux qui for-  
ment des bains . Des habiles gens  
l'estiment comme très-résolutive ,*

& très-émolliente . Je mis ce que  
je pus en remasser entre deux fe-  
villes de papier afin de le lais-  
ser sècher lentement . Le lende-  
main cette substance réduite à  
un très-petit volume avoit acquis  
une consistance de suif ; elle en  
avoit le gout & l'odeur , se fon-  
doit de même à la chaleur , &  
tombant sur un charbon embrasé  
s'enflammoit & nourrissait le feu  
&c. une quantité assez considé-  
rable que j'en avois rapportée ,  
s'est réduite à une pellicule ex-  
tremement mince , qui a perdu la  
propriété de s'enflammer , seule-  
ment lorsqu'on la jette sur le  
feu , elle répand une odeur sen-  
sible de graisse brûlée &c.

fal cito colligatur, omnes salis proprietates (*a*) retinet; verum si diù ibi relinquatur a nimio aquarum calore ac solis radiis acidum ipsius extrahitur, & sola insipida albaque terra remanet, quæ sensim in lapidem vertitur. In aliis tamen Patavinis Thermis fal supra faxa concrevit exigua quantitate: Omnes vero terram flavescentem ochræ similem in sedimentis relinquunt; sed præcipue aqua S. Petri Montis-anionis, & S. Helenæ; nam pauca in Apono, aliisque thermis hujusmodi terra observatur: Quæ aqua thermalis S. Petri, ac illæ S. Helenæ, Montis ægrotorum, & Montis ortoni, S. Bartholomæi cum scaturiant aut confluant in argillosas terras, peculiaria luta ad diversos morbos pellendos efficacissima efficiunt.

Priusquam de animalibus ac plantis nostrarum Thermarum agam, oportet earum gradus caloris peculiares indicare, quos diversis tempestatibus diligenter observavi Reaumuriano Thermometro cum mercurio (*b*) diviso in 80 gradus, ad quos aqua fervens mercurium ascendere facit.

P

Aponi

(*a*) In mea differt. *de Apo-*  
*ni Thermis. Cap. 2. pag. 28.*  
Sal vero admirabile Glauberi  
ab ignis calore, aut vicinæ  
ferventis aquæ liquefit, spume-  
scit, sed acidum tam facile non  
ammittit: Unde Cl. Auctores

*Comment. Lipsiensium. l. c.* ali-  
ter de sale harum Thermarum  
excogitare possunt.

(*b*) Animadvertendum est ad-  
hibitis thermometris parum exa-  
ctis graduum caloris varietatem  
observari.

|                           |     |    |               |
|---------------------------|-----|----|---------------|
| Aponi aqua calida         | gr. | 63 |               |
| Aponi aqua tepida         |     | 25 | $\frac{1}{4}$ |
| Aqua Montis ortoni        |     | 49 | $\frac{1}{2}$ |
| - Virginis                |     | 18 |               |
| - S. Petri Montis anionis |     | 55 | $\frac{1}{5}$ |
| - M. Ægrotorum            |     | 53 | $\frac{1}{2}$ |
| - S. Bartholomæi          |     | 39 | $\frac{1}{3}$ |
| - S. Helenæ .             |     | 51 | $\frac{1}{3}$ |


In hisce Thermis, ut alibi fuse scripsi (a), præter *intestina aquatica*, *Scarabæi amphibii*, *vermes culicum*, *squillæ parvæ marinæ Rondeletii*, insectum aquaticum *Noctuam* vocatum, quæ infecta, ubi aqua gradus vigintinoven caloris habet, morantur; ut etiam præter *Larvam Muscæ Chamæleontis*, parvam Cantharidem nigram aquaticam *Moufeti*, & *Listeri*, (cujus species fere in omnibus Hetruriæ Thermis innatæ, quæ ibi vulgo *pulex aquatica* vocatur, & non valde dissimilis est iis, quas in Luccen-

(a) Diss. de Aponi Thermis. cap. 4. pag. 51.

censibus (*a*), ac Plebis a Fosciana Caraphoniæ Thermis reperi. ) Præter, inquam, hæc insecta, ubi aquæ calor ascendere cogit mercurium usque ad gradus triginta & octo, maxima quantitate, non solum vivit, verum etiam propagatur species parvorum buccinorum (*b*), quam spicor nostris Thermis peculiarem esse, quia visis multis buccinorum speciebus tum maris, tum aquæ communis (*c*), nihil simile reperire potui, de qua specie cum aliis animalibus a me descriptis (*d*) ita Cel. Eques Carolus Linnæus, in epistola transacto anno ad me data, scribit „Perplacuere omnia, imprimis meo palato sapienter Holothuria tab. 2. fig. 12. ♂ tab. 3., nec non „vua marina tab. 2. f. 1. 2., ♂ Cochlea tab. 2. f. 1. 2. „mihi plane ignota animalia, qui tamen ultra 4000 „noveram, & in Systemate naturæ enumeravi.„ Species

Tab.  
III.  
fig. 1.  
a.b.c.  
d.e.

P 2 vero



(*a*) In Actis Philosop. mensis Julii 1669. Observationes de Balnei Laticibus. pag. 820. Joseph Glanvill in epistola ad editorem missa data Balnei Junii. 16. 1669. sic scribit. „In Balnei Crucis ductores Muscam quamdam nigram, absconditam alis præditam, instar ejus, quam Vaccam Matronalem vocant, sed nonnihil majorem, notarunt, eam ad vivum in aqua pungere; & nonnumquam mordere affirmant; sub aqua vivit, nec umquam, reperitur, nisi tempestate admodum calida.„

(*b*) Diss. de Aponi thermis.

cap. 4. pag. 51. usque ad pag. 58. Tab. 2. f. 1. 2.

(*c*) Speciem hanc Buccinorum comparavi cum illis Lacuum Commachi, Sebini, Benaci, ut etiam cum aliis a Langio, ac ab aliis auctioribus descriptis; atque ad hoc, maris tam Adriatici, quam Tyrrheni littora peragravi, & nonnisi parva buccina a nullis descripta reperi; sed nihil nostris buccinis simile vidi.

(*d*) Dissert. 2. de nonnullis Infectis terrestribus & Zoophytis marinis. pag. 67. usque ad pag. 97.

vero alia buccinorum vivit in Thermis Vetulanensibus  
seu *Caldanæ* ad Senarum regionem maritimam, ubi a-  
quæ calor est graduum octoginta & octo cum thermo-  
metro Ferentheitiano (a): Ubi vero in nostris Thermis  
aquæ

(a) Quid Antiqui de ver-  
mibus aquarum Aponensium  
dixerint, Vide Joannem de  
Dondis *l. c. cap. 1. pag. 95.*,  
Bernardinum Scardeonium *l. c.  
lib. 1. clas. 1. pag. 21.*, Bac-  
cium *l. c. lib. 6. cap. 24. pag.  
230.*, Portinarium *l. c. lib. 2.  
cap. 4. pag. 54.*

In multis aliis aquis calidis  
animalia vivunt, nempe ubi  
calor vehemens non sit. Pli-  
nius *Hist. nat. Parisis. 1723.  
tom. 1. lib. 2. §. 106. pag. 120.  
n. 11.* ait,, ad Vetulonios in  
,, Etruria non procul a mari pi-  
,, sces,, Busbequius *αὐτύπγνς*,  
*epist. 1. pag. 10.* inquit,, Illud  
,, quoque dum eram Budæ in  
,, Hungaria videre juvit, fon-  
,, tem, qui est extra portam,  
,, qua iter est Constantinopo-  
,, lim in summo maris ferven-  
,, tem, in cuius tamen fundo  
,, natantes despicias pisces: quos  
,, inde nisi coctos eximi posse  
,, non putes.,, quod etiam  
confirmatur in *Bibliotheca univ.  
Or. histor. Jun. 1688. tom. 9.  
pag. 465.*, & a Vernhero Tran-

*sylvano de rebus Pannoniæ*, qui  
addit; si hi pisces in aquam  
frigidam immangentur, illico  
moriuntur. Gregorius Agricola  
*De natura eorum que effluunt  
ex terra lib. 1. pag. 280.* F. in  
*Collect. Juntæ de Balneis.* scri-  
bit,, Pisces degunt in calidis  
,, sulphuratis in Pannonia in-  
,, feriori ad Budam, & in alu-  
,, minosis ad Julium Carni-  
,, cum.,, Turra de Castello  
*Præcepta aquæ balnei de Porre-  
cta in Collect. Juntæ de Balneis.*  
*cap. 2. pag. 46.* ait,, pisciculi  
,, quasi rubei in ea manent.,,  
nempe in aqua thermali Por-  
rectæ in Bononiensibus monti-  
bus, quos tamen ego videre  
nequivi, ut neque Incolæ un-  
quam illos vidisse mihi dixe-  
runt.

Prope *Magnum Balneum S.  
Casciani* in quodam parvo bal-  
neo, cuius aqua mercurium  
Ther. Reaum. a gradibus 12.,  
quibus in atmosphera erat, us-  
que ad gradus 25. ascendere fe-  
cit, inveni vermiculum lon-  
gum circiter quinque lineas,  
vix

aquæ tepidæ multum evasere, continent ranas ac pisces: In Lacu *Arqua*, qui aquam calidam saltam recipit, pisces marini sœpe capiuntur. Baccius (*b*) dicit in piscinis salmis Transylvaniæ pisces salmos sapidissimos esse, qui tamen si in dulces aquas mittantur, paulo post intereunt.

Plantæ peculiares, quæ circa nostras Thermas, & in ipsis dignuntur, nunc breviter numerandæ sunt.

Prope earum fontes aliquæ plantæ oriuntur maris littoris propriæ v. g.

*Schænus culmo tereti ramoso, capitulis terminalibus, involucro triphylo brevissimo rigido patente.* Linn. Spec. Plant. 42. n. 2.

*Cenchrus panicula spicata, glumis muricatis, setis ciliatis.* Guett. Stamp. 2. p. 188., Dalib. paris. 305., Sauv. monsp. 40.

*Gramen loliaceum, radice repente, maritimum.* Tournef. Inst. R. H. 516.

*Samolus.* Linn. Hort. Cliff. 51. Hort. Ups. 42., seu *Anagallis aquatica, rotundo folio non crenato.* Bauhin. 252.

*Arenaria foliis linearibus longitudine intermediorum.* Linn. Spec. plant. 423. n. 6. Hort. Cliff. 173.

Son-

~~~~~  
vix medianum crassum, rubei coloris, a decem annulis divisum, quorum unusquisque quatuor aut quinque minimis pilis albidis ornatus erat; hic vermiculus in motu velox est, atque se se contorquendo flectendoque movetur: In eodem balneo multæ crysalides forsitan Libel.

larum, atque in parietum foraminibus fluviatiles cancri morantur: In canali autem in quem omnium balneariorum aquæ tepefactæ influunt, sapidæ anguillæ, giozzi, barzi, cancri vivunt.

(*b*) i. c. lib. 5. cap. 4. pag. 236. n. 10.

*Sonchus angustifolius, maritimus.* C. B. pin. 124. prodr. 61., Zannich. 251. n. 4.

*Juncus culmo subnudo tereti mucronato, panicula terminali, involucro diphylo spinoso.* Linn. spec. plant. 325. n. 1.

*Aster foliis lanceolatis glabris, ramis inaequatis, floribus corymbosis.* Royen prodr. 168.

*Atriplex folio hastato, seu deltoide.* Morison. Hist. Oxon. I. 607.

*Salicornia articulis apice crassioribus obtusis.* Miller Dict. n. 1., Linn. Mat. med. 8., seu *Salicornia annua*. Sauv. monsp. 7.

Hæc *Salicornia* duntaxat prope fontem thermalem *Domus novæ* oritur, quam plantam Joannes Henricus Pott (a) ait, non solum ad mare, verum etiam ad Lacus salinos oriri; & Samuel Slotz (b) observavit maximam quantitatem *Salicorniæ*, seu *Kali geniculati* prope Salinas Transylvaniæ; & Gunterus Christophorus Schelamerus (c) narrat apud Halam Saxoniæ in valle quædam falsæ aquæ confluunt, oriri sequentes plantas

*Aster maritimus tripolium dictus Raij.* Hist. 270.

*Salicornia* seu *Kali geniculatum*.

*Glaux maritimus.*

Et Cel. Joannes Targionus Tozzettus (d) vidit apud Bal-

~~~~~

(a) *Observationum & animalium versionum chymicarum circa sal commune, acidum salis vinosum, & Wismuthum versantium collectio prima.* Berolini. 1739. *De sale communi.* pag. 2.

(b) *Acad. Nat. Curios. Ephem. Cent. I. & 2. observat.* 132. pag. 266.

(c) *Act. Acad. Nat. Curios. an. 1687. observat.* 3.

(d) *Relazioni d'alcuni Viaggi fatti in diverse parti della Toscana &c. Firenze.* 1751. tom. 3. pag. 326. *Bagni di Monte Catino nel Pistoiese.*

Balnea Montis Catini in Pistoriensi ditione has maritimas plantas.

*Salicornia geniculata semperfurens*. Tournef. Inst. R.H. 51.

*Salicornia geniculata annua*. ejusd. Ibid.

*Aster maritimus folio tereti crasso tridentato*. Tour. Inst. R. H. 483.

*Alpine maritima* sive *Spergula marina major perennis*. Mich. H. Flor. pag. 5. & 109. n. 10.

*Aster maritimus palustris cœruleus salicis folio*. Tour. Inst. R. H. 481.

Reliquas plantas, quæ nascuntur non solum circa has Thermas; verum etiam in Euganeis montibus, in secunda parte hujus tractatus recensebo; & utinam habere possem *Floram Patavinam* a Michelio inceptam, quæ mihi magni levaminis esset (a).

Plinius (b) jam dixit „ Patavinis aquis calidis herbæ „ virentes innascuntur. „ Falloppius (c) idem afferit; ast Vallisnerius (d) putat herbas in aquis valde tepidis ac cum pluvialibus immixtis solum oriri: attamen ego in aquis Thermalibus S. Petri, & *Domus novæ* ubi eorum calor est graduum quinquaginta cum Reaumurii Thermometro vidi *Confervam albam* (e), quæ istiusmo- Tab. I. di colorem accepit a vehementi illo calore; nam ipsa fig. 5. conferva ubi aquæ calor ad solos quadraginta gradus per- venit, subcinerea est. Insuper suspicor filamenta illa al- fig. 2. ba, quæ innatant in ductibus Aponi, ubi calor est gra- duum

(a) Quam *Floram* unà cum aliis MSS. ejusdem auctoris pos- sider Cel. Joannes Targionus Tozzettus.

(b) *Hist. nat.* tom. 1. lib. 2. §. 106. pag. 120. n. 11.

(c) l. c. cap. 17. pag. 312.

(d) *Opere Fisico-Mediche*. Ve-

nezja. 1733. Breve relazione di quanto ha osservato nelle Terme Padovane il Sig. Antonio Val- lisnieri. pag. 433.

(e) In mea dissert. de Apo- ni Thermis. cap. 3. pag. 43.

tab. 1. f. 5.

duum quadraginta (a), esse conservæ speciem, quæ paulatim a tophacea materia incrustatur, atque sub forma  
*fig. 1. topbi vermiculati* (b) coagmentatur.

In aquis calidis Aponi graduum triginta & octo cum  
*fig. 3.* eodem Thermometro, est, *Conferva Aponitana* folio tri-  
 quero fere algæ marinæ similis (c), & *Conferva ramosa*  
*fig. 4.* *Aponitana* in fibra longissima capillari vesiculis donata  
 (d).

In thermalibus aquis Montis ægrotorum, ubi earum  
*fig. 6.* calor est graduum triginta quinque, oritur *Confer-*  
*fig. 7.* *va capillacea simplex* (e), & *Conferva capillacea ra-*  
*8.* *mosa ab herbacea membrana oriens* (f); præter has con-  
 servas alia planta a me nuper observata fuit in fun-  
 do fontis calidi Montis ægrotorum, ubi calor est gra-  
 dum  $49 \frac{1}{3}$  cum thermometro Reaumuriano, ut etiam  
 in quodam Aponi fonte; quæ planta a me vocatur *Ul-*  
*Tab. II.* *va thermalis valvulosa, erecta simplex, capitulo subrotun-*  
 do, cuius ecce brevem descriptionem: In fontis fundo  
 viget hæc membranosa planta a. modo viridis, modo  
 subcrocei coloris, copiosis vesiculis b. b. tum intrinsecus  
 tum


~~~~~

~~~~~

- (a) *Ibid. cap. 2. pag. 16.*  
*tab. I. f. 1.*
- (b) *Ibid.*
- (c) *I. c. cap. 3. pag. 41.*  
*tab. I. f. 3.*
- (d) *I. c. pag. 42. f. 4.*
- (e) *Ibid. pag. 44. f. 6.* Michelius observavit hanc confer-
- vam in ipsis aquis calidis *Mon-*  
*tisgrotti*, & eam posuit inter  
*byssos*, & sic a Michelio voca-  
 tur. *Byssus palustris subobscura*,  
*filamentis non ramosis brevibus.*  
*Michel. gen. n. 14. pag. 211.*  
*tab. 89. fig. 10.*
- (f) *Ibid. f. 7. 8.*

tum extrinsecus referta, aere, & aqua plenis (a). Interstitia autem fibrosa i. i. i. laberintyformia elevantur, multaque curiosas cellulas efficiunt, quæ tamen clauduntur tenui membrana viridi; ita ut hæc planta vix tres linæas crassitie æquet. Eadem planta æstate & autumno pullulat plurimos caules erectos g. g., quorum unus v. g. crescit ad tres quatuorve pollices, qui caulis modo levis est g., modo quamplurimis vesiculis prominentibus referitus d., ejus color plerumque viridescens, & aliquando subflavus. In caulis apice subrotunda vesicula, seu capitulum b. b. visitur aqua repletum, & striis viridibus c. c. sæpe ornatum; & sæpe capitulum parvum & convolutum est i. i. i. Caulis modo simplici, modo duplici aut multiplici basi e. e. e. instar fornicens gaudet; & sæpe duo, tresve caules, quamvis inter se distent, connectuntur mediis ramis f. instar clavicularum ejusdem substantiæ ac caulis. Ex septem membranis gelatinosis, & fibrosis caulis efficitur, quarum extima viridescens, reli-

Q                           quæ



(a) Quæ aliquo modo similis apparet *Fuco thermalis substantia vesiculari*, *superficie reticulari* a Cl. de Secondat observato in aquis thermalibus de *Dax*, quæ tamen planta non pullulat ut nostra; sed potius eadem videtur ac illa a medescripta in meo *Itinere Hist. nat.*, & reperta in Thermis ab *Aqua Pisarum*. *De Secondat Observations de physiques &c. Relation de la Fontaine de Dax.* pag. 12. usque ad pag. 16., Cl. Hill, referente ipso *De Secondat I.* c., prope aquas Bathenses in

Anglia eamdem plantam observavit.

Cl. Springfield similem plantam circa scaturiginem thermalium Carolinarum vidit, quam appellat *Tremellam thermalem gelatinosam, reticulatam, substantia vesiculosa*, quæ non solum ad scaturinges, verum etiam omnibus partibus, quas vapor calidus tangit, accrescit; tresque species, seu varietates ipse Springfield describit. *Histoire de l' Acad. Roy. des Scien. & bel. let. an. 1752. à Berlin.* 1754. pag. 100. 104.

quæ sex pallentis sunt coloris, inter quas vesiculæ aqua repletæ peculiariter prope basim ac capitulum conspicuntur; ultima denique interna membrana subtilior est: Omnes vero membranæ ab innumeris parvis glandulis coloris rufo--viridis ab unaquaque parte teguntur: Membranæ istæ cylindrum efficiunt in medio cavum, diametro trium linearum; cavitas autem hæc dividitur ab integris valvulis ex intimis membranis formatis, distantiā inter se habentibus quatuor linearum, quæ valvulæ sunt circiter decem, aut undecim, secundum *Ulva* magnitudinem: Usus harum valvularum fortasse erit ad continentium aereum, & ad sustinendam aquam vesicæ seu capituli, ut *Ulva* erecta maneat in aqua continuo a multis scatebris agitata. In hac planta nullius fructificationis indicium umquam observare potui. Planta hujusmodi ad *Tremellæ* genus pertineret secundum Dillenium (*a*), ad quod genus certe attinet *Tremella* illa inter calidas collis Aponensis cavae oriens, jam a me alibi indicata (*b*). Insuper alias membranosas plantas Aponi vidi, quæ e fontium fundo evulsæ aquis parum calidis innant, atque rubescensem colorem adipiscuntur. In balneo S. Helenæ, ubi aqua caloris gradibus 47 exilit, membranosa planta oritur viridis coloris, duobus membranis efformata, quarum extima aliquantum carnosa, inferior subtilior, ac glandulis, foveisque repleta. In Fonte S. Bartholomæi lapidibus adhærens planta fere gelatinosa oritur, ubi gradus caloris sunt  $39 \frac{1}{2}$ , vesiculis multis aere plenis referta, ejusque color pulcherrime viridis est. In alveo Aponensium fontium, ubi prædicta *Ulva* ori-


(a) *Historia muscorum &c.* (b) *Diss. de Aponi Thermis.*  
Dillenii. Oxonii. 1741. genus. 3. cap. 3. pag. 46.

oritur, quoque sequens planta visitur a, quæ *Byffus hemisphœricus thermalis* a me vocatur: Ejus color est viridis, descens, substantia exterior villosa b. cum foraminibus c. fig. 2. c., intima mucilaginosa, aliquanto fibrosa, vesicalis multis referta aere, & aqua plenis.

In colle Aponi ubi aquæ calidæ extra rivulos descendunt, sequens *Byffus coriaceus thermalis niger* crescit a.a., fig. 3. qui modo a pollice usque ad pedes duos circiter augetur, ejus crassities vix ad tres, quatuorve lineas pervenit. Color nigrescens, substantia tenax capillacea, cujus filaments b. b. subtilissima vario nexu intexta sunt, ita ut substantiam quasi coriaceam efficiant. Numquam vidi in hisce plantis fructificationis indicium.

Reliquum est, ut omnes qualitates nostrarum aquarum breviter exponamus; & primum illas aquæ Aponi, & præsertim tepidæ inventæ a Parente meo Hieronymo Vandellio in hoc Archigymnasio Publico Primario Chirurgiæ Professore, & Serenissimi Mutinæ &c. Ducis Consiliario, & Archiatro: Aqua hæc tepida, limpida est cœlo sereno, pluvia imminente turbatur valde, multaque ejicit scobes & frustula diversa carbones referentia (a). Vapores sulphurei nostrarum Thermarum dum

Q 2 faci-



(a) Quod sint alii fontes, qui cœlo nubilo, aut pluvia imminente turbentur. Vide meam Dissertationem de Aponi Thermis cap. 1. pag. 5. & seqq., & Analisi di alcune acque medicinali del Modonese. Padova 1760. cap. 3. delle acque Ter-

mali della Pieve di Fossana. pag 62., ut etiam F. Leandrum Albertum Descrizione di tutta l'Italia. Venezia. 1577. pag. 55. ubi de Volaterrarum Lacunis agit, quod a Cel. Targiono Tozzetto confirmatur Relazioni d'alcuni viaggi fatti per la

facilius in aerem evehuntur, eo serenior & siccior sine nubibus tempestas, cuius rei rationem refert Boerhaavius (*a*).

Calidæ aquæ Patavinæ lintea nullo colore inficiunt (*b*); attamen facile ferrum (*c*), ac lapides (*d*) corrodunt.

Eædem aquæ diù calorem a fontibus haustæ servant; nam Patavium delatæ, calidæ nimis perseverant, quemadmodum etiam earum luta.

Per annos hæ aquæ in vitreis vasis bene clausis servatæ, semper limpidæ remanent, nullumque sedimentum,

ne-

*la Toscana. Firenze. 1751. tom. 2.*  
pag. 424. 446.; Vide quoque  
Philippum Bastianum *De' Bagni*  
*di S. Casciano. Montefiascone*  
*1733. cap. 14. oſſerv. 8. pag. 78.*  
qui ait, aquas S. Casciani va-  
pore valde elasticò tempeſtatis  
mutationes indicare.

(*a*) *Elementa Chemiae. tom.*  
*1. pars altera de artis theoria.*  
pag. 235.

(*b*) Ut faciunt Lucenses Ther-  
mæ, quæ linteis maculas ru-  
bescentes communicant; sed  
quod peculiare est, Thermæ ab  
*Aqua Pisarum* lintea paucis  
diebus omnino flava efficiunt;  
& quædam aqua Alpium Mu-  
tinensium in *Monte-Florino* in  
 pago, vulgo, *Vitriola* dicto,  
scaturit clara ac insipida, quæ  
lintea nigredine inficit; eodem

modo ac in Insula *Paros* Fons  
sic tingit, uti afferit Bartho-  
lomæus a Clivolo *De Balneo-*  
*rum naturalibus viribus. in Col-*  
*lect. Juntæ de Balneis cap. 36.*  
pag. 265. *F.*

(*c*) Aquæ Zepusii in Comi-  
tatu Littoviæ S. Joannis fer-  
rum rodunt. *Delle acque mine-*  
*rali del Regno d'Ungaria rela-*  
*tione del Marchese Marco Della*  
*Fratta Montalbano. Venezia.*  
1687. pag. 15., Joseph Glanvill  
l. c. dicit Balneum Crucis ar-  
gentum corrodere. *Thermales*  
aquæ S. Casciani Senarum emol-  
liunt, atque derodunt stannum.

(*d*) Jacobus Rohaultus *Phy-*  
*sica. pars 3. cap. 10. §. 9. pag.*  
418. ait, fontes salsos Burgun-  
diæ idem facere.

neque in superficie pelliculam terream (a) efficiunt, quare conservant adhuc virtutes medicas, quamvis remissiores ob *spiritus æthereo-elaſtici* diminutionem. Narrat Ludovicus Pasinus Medicus Patavinus (b), „ Illustrissimus „ Dux Alphonsus Estensis, semper in palatiis suis vasa „ lignea plena aquarum Aponensium habebat, de quibus „ quocumque tempore bibebat. „

Thermæ Patavinæ, præcipue illæ Aponi, Montis ægrotorum, & S. Helenæ tanta aquarum copia abundant, ut unaquæque plures Molendini rotas vertere continenter possent.

Color omnium nostrarum aquarum limpidus & crystallinus est; unde dum balnea sint aquis repleta, corpora etsi exilia in balnei strato magis clarè visuntur, quàm extra aquam, atque monetæ argenteæ, homineſque in eisdem aquis candidiores apparent (c): sed si noſtræ aquæ diù in balneis, aut lacunis sint, in earum superficie ex subtilissima terra oritur pellicula, quæ crassior ac gravior effecta aut lateribus adhærescit, aut fundum petit: In aliquibus autem locis ſæpe aquarum superficies tegitur ab unctuosa & instar iridis colorata pellicula.

Odor omnium Thermarum Patavinarum est sulphureus, ac aliquid volatilis & penetrantis indicat; aſt aqua

Apo-

(a) Unde si ratio vera eſſet Cl. Auſtorum *Comment. Lipſieniſum* l. c. nempe,, defectu ca-,, loris tophum formari.,, aquæ hæ in vitreis vasis frigefactæ, per duos annos (quas ſic lim- pidas adſervo) topho confertiſſimæ eſſe deberent.

(b) In *Collect. Juntae de Bal-*

*neis. Liber de Thermis Patavi- nis. cap. 52. pag. 198. C.*

(c) Andreas Baccius *l.c.lib. 6. cap. 19. pag. 330. n. 20.* dicit, Aponi aquas cinereas eſſe; & recens auſtor, qui Pa- tavinæ Thermas non obſerva- vit, idem judicat, quod fal- sum eſt.


Aponensis reliquas antecellit halitu sulphureo: omnes tamen frigefactæ ipsum halitum sulphureum amittunt, ac nonnisi agitatæ in phiala illum aliquantum adipiscuntur; & si hæ aquæ in phiala per menſem relinquuntur ubi antea vinum fuerit, aquæ odorem instar hepatis sulphuris acquirunt.

Sapor earum est falso-sulphureus, ita ut laeteus videatur; & aqua Virginis suo fapore accedit ad illum aquæ Thermalis Pisarum, & Porrectæ.

Nihil uncti habent (nisi resides fuerint); imo balneantium cuti quamdam austерitatem inducunt.

Gravitatem harum aquarum vario modo examinavi, easque cum gravitate aquæ pluviae, & fontis destillati comparavi. Et priusquam experimenta instituerim, singulas aquas ad æqualem caloris gradum redegi. Solidum, quod in aqua pluviali grana 937, in stilititia 930 amittit, perdit in aqua calida Aponi 950, & in aqua Aponi tepida 952, in illa Virginis 951, Montis ortoni  $948 \frac{1}{2}$ , S. Petri 948, in aqua Montis ægrotorum 949, S. Bartholomæi  $948 \frac{1}{2}$ , S. Helenæ 951. Hydrometrum in aqua stilititia, & pluviali ad octo, in omnibus aquis Thermalibus Patavinis, quasi æqualiter ad septem lineas descendit (*a*).

CA-



(*a*) Animadvertissement est cum D. Geoffroy le cadet. *Histoire de l'Acad. Roy. des Scien. &c.* an. 1724. à Paris. 1726. Sur les Eaux de Passy pag. 50. & pag. 193. mém. Une même eau minérale ne pese pas toujours également. Ce n'est pas parce que les différens degrés de la chaleur de l'air aug-

mentent ou diminuent son volume, & par conséquent sa pesanteur apparente, cela lui seroit commun avec toute autre liqueur: c'est qu'effectivement elle peut être tantôt plus, tantôt moins chargée de son minéral, ce qui dépendra de quelques circonstances accidentelles aisées à comprendre.


## C A P U T I V.

Analysis Chemica Ther-  
marum Patavinarum.

**Q**UAMVIS ego chemicam analysim instituerim super multis aquis mineralibus, ac thermalibus diversarum regionum; attamen fateor illam difficillimam esse, atque erroribus saepe obnoxiam, quia non semper aquæ bene salium species, acida, olea mineralia &c. in aquis distinguere possumus; quare omni diligentia aquæ medicatae sunt examinandæ, neque in his fantasia sales peculiares creare debemus, quum nobis experimenta tutta desint. Ideoque in præsenti analysi omni industria, & experimentis tentavi, quid aquæ Thermalis Patavinæ continerent; quippe methodos diversas separandi sales ab aqua non omisi, tum aquam thermalem hyberno tempore congelando, quia sic ad glaciei centrum propulsi sales remanent; tum ipsos sales cum spiritu vini præcipitando, aut thermalis aquas solis radiis, aut sub umbra, aut igne exalando, aut eas destillando, a quibus operationibus semper eamdem salium qualitatem, & saepe quantitatem obtinui; quamvis hæc experimenta variis temporibus instituisse. Infusiones præterea diversorum liquorum haud prætermisi, nec non reliquos processus super sedimentis & super tophis harum aquarum Thermalium.

Et primum exordium sumam a vi elastica harum aquarum, considerando naturam elasticam, seu *spiritum æ-*

*thereo-elasticum* (*a*) , qui in aquis mineralibus , ac thermalibus inest , ipsisque majores virtutes medicas tribuit (*b*): Quid autem sit hujusmodi *spiritus ethereo-elasticus* , & an differat a *natura elastica* aquarum medicatarum , sicut doctè animadvertisit Cel. Jacobus Beccarius Prof. Chemiæ in alma Bononiensi Universitate (*c*) , & an spiritus hic idem sit ac sulphureus , seu vitriolicus nostrarum aquarum , definire non audeo. Petrus Antonius Marteau (*d*) spiritum hunc , tamquam aerem considerat , & Cl. Venel (*e*) eum , aerem *superabundantem* nominat , atque aquam hoc *aere* imbutam *aeream* appellat , & demonstrat istiusmodi *aerem* nullo pacto diversum ab atmospherico esse (*f*) . Scimus in aqua aerem elasticum morari (*g*) , qui ab aqua edutus majoris voluminis est ipsa aqua (*h*) , & tamquam materia fulminans hic consideratur a Mariotto (*i*) , quæ certe



(*a*) Sic vocatur a Wallerio  
*Mineralogie*. tom. 2. *Hydrologie*.  
chap. 2. pag. 204. E.

(*b*) Vide Fed. Hoffmannum  
*Dissert.* 28. pag. 416. & seqq.  
§. 7. 8. &c. ed. Veneta. 1735.

(*c*) *De Bononiensi Scient. & Art. Instituto & Acad. Comment.* tom. 3. Bononiae. 1755.  
*De medicatis Recobarii aquis.* §. 62. pag. 393.

(*d*) *Selt.* 4. pag. 36. *Analyse des eaux de Forges.* Paris.  
1756.

(*e*) *Examen aquarum Seltenarum sectio prior.* pag. 56.

(*f*) *Ibid. sectio posterior* pag.  
80. *Memoires de mathematique*

& de physique présentés à l'  
*Acad. roy. des Scien.* par divers  
*Savans &c.* tome second. à Paris 1755.

(*g*) Boerhaave *Elementa Chemicæ.* Venetiis. 1749. tom. 1.  
pars altera de artis theoria. exp.  
10. pag. 260. & seqq.

(*h*) *Lezioni di Fisica sperimentale del Sig. Abate Nollet.*  
*Trad. dal Franz.* Venezia. 1747.  
tom. 3. sezione prima dell'aria.  
17. esp. pag. 222.


(*i*) *Oeuvres divisées en deux tomes &c.* à Leide. 1717. tom.  
1. *Traité du mouvement des eaux.*  
1. partie 1. *Discours.* pag. 330.  
331.

certe in aquis medicatis multo majori copia ac vi inest, quam in aqua simplici ob vapores minerales.

Aqua calidæ Patavinæ præter hujusmodi *spiritum æthereo-elasticum*, etiam alium spiritum penetrantiorum sulphurei odoris (*a*) possident, quem ad fontes odoratu unusquisque cognoscit: *spiritus vero æthereo-elasticus* frequentibus experimentis demonstratur.

Ad fontes, medietatem vitreæ phialæ oblongæ in angustum collum desinentis aqua Aponi replevi, atque inde phialam, pollice ad os apposito, vehementer agitavi; tunc spumescere, atque niti contra digitum cœpit, digitoque ablato cum murmure spumans aqua fere ad pedes duos parisienses e phiala exiit atque profulvit. Agitatio iterata fuit pari quasi successu; sed tertia vice exiit paulo minus, & quarta nihil; attamen in quiete eadem aqua relicta post exiguum tempus iterum quamdam vim elasticam adipiscitur; aut si acetum destillatum eidem aquæ misceatur, idem accidit. Insuper in machina Pneumatica Aponensis aqua bullulis turgescit ac spumescit plus quam liquores nonnulli spirituosi; atque quum recenter ex fonte hauriatur aqua, hujus spiritus indicium est in vase vitro bullularum copiosior ascensio (*b*); imo phialæ vitreæ hisce aquis repletæ, si illico perfectè obturentur, facile confringuntur, quod magis probat hujus *naturæ elasticæ*, seu *spiritus æthereo-elastici* existentiam, qui in omnibus aquis calidis Patavinis fere æqualis est;

R in



(a) Qui certe differt a *spiritu illo elasticō*.


(b) Bullulae aereæ statim evanescunt, & aqua limpida remanet, si illam S. Petri Mon-

tis-anionis excipias, quæ aliquando colorem albescensem in agitatione adipiscitur; sed in quiete suam limpiditudinem rursum acquirit.

in aqua Virginis Montis-ortoni magis actuosus videtur , ut fileam odorem subtilem & acrem in aquæ concussione ope phialæ benè clausæ , aliaque experimenta id demonstrantia . Aquæ Patavinæ post viginti dies Bononiam translatæ adhuc partem hujus *naturæ elasticæ* retinuerunt , ac ammissum odorem sulphureum concussione aliquantum recuperabant .

Modo ad ea tentamina progrediamur , quæ variarum rerum permixtione cum aquis tum calentibus , tum refrigeratis , atque transvectis , postremo cum earum sedimentis instituimus : Et cum in omnibus nostris aquis thermalibus infusionis diversorum liquorum effectus iidem sint ; ideo de Aponi aqua duntaxat hic agam , & sic de aliis intelligendum , ne inutiliter experimentorum narrationem repetam .

Itaque claram ac pellucidam gallarum tinturam guttatum in aqua Aponi ad fontem cum infudisse aqua aliquantum turbida evasit (a) , & post aliquot horarum spatum velamen quoddam fere iridis coloris supernantis olei adinstar in aquæ superficie conspiciebatur ; ast nihil



(a) Sed cum ferrum tenuiter dissolutum in aquis sit , difficilè hac methodo agnoscitur , aut longo tempore aquæ debili colore inficiuntur , ut in nostris accidit , quod Geoffroy le cadet observavit *Sur les eaux de Passy* Mém. pag. 195. dans l' *Histoire de l' Acad. Roy.* an. 1724. Paris. 1726.

Vide *Osservazioni sulle acque minerali ferruginose* Cel. Alessandro Monroi *Saggi ed osservazioni di medicina della Società d' Edimburgo* . Trad. Ital. tom. 3. Venezia . 1753. pag. 47. & seqq. , qui auctor docet accuratam methodum agnoscendi quantitatem martis in quacunque aqua.

hil ad vasis fundum præcipitavit (a). Affusione olei tartari per deliquium omnes nostræ aquæ calidæ laetum colorem adipiscuntur, & sedimen album efficiunt. Saccharum Saturni aquis Patavinis superaffusum, in iisdem lacteum colorem cum præcipitato terreo albo produxit (b).

Cum immitterem aquis nostris spiritum salis ammoniaci, aquæ albescentes evasere (c), & Syrupi violacei colorem aliquantulum in viridem commutaverunt (d).

Argentum, jam cum spiritu nitri solutum, guttatum Patavinis aquis immixtum se præcipitavit sub forma albi coaguli, seu calcis argenti, atque inde aquæ claræ & pellucidæ evaserunt; hæc vero calx argenti, seu coagulum album, decantatis aquis, colorem fusco-cœruleum obtinuit (e).

Laetescens aqua & præcipitatum flavum exoriebatur, cum eisdem aquis mercurium, cum nitri spiritu solutum, in-

R 2 stilla-

(a) Feder. Hoffmannus *Dissert. de Fonte Martiato Lauchstadiensi.* §. 4. ait,, Denique gallarum solutionem infudi, quæ tincturam suscepit ex atro brunum; nihil tamen ad ima dejectum, luculento indicio, hospitari in aquæ sinu principium martiale.,,

„ hæ sunt in thermis, salinis quoque lubentissime se se af-  
„ sociant. Cognoscitur haec ter-  
„ ra commodissime ex lacteo  
„ colore ab affuso oleo tartari  
„ per deliquium, vel immissa  
„ solutione sacchari saturni. „

(c) Terram calcariam in aquis hoc demonstrat.

(d) Wallerius *Mineralogie.*  
tom. 2. *Hydrologie.* chap. 2. §.  
8. n. 14. pag. 212. hunc colorem sœpe indicat sal neutrum.

(e) An a sulphuris principiis hoc accidit?

(b) Fed. Hoffmannus *Dissertationes Physico-medico-chymicæ.* Venetiis. 1735. *dissert.* 10. de methodo examinandi aquas salubres. §. 25. pag. 161. dicit,, Communissimæ sunt calcariae, quæ non sunt optimæ notæ, abundantissimæ

stillabam (a), & cum supra ipsum præcipitatum jam calcinatum aquam calidam infundebam, aqua flavescebat, quod indicat in aquis calidis Patavinis spiritum vitriolicum inesse, quia mercurium hæ præcipitant sub forma *Turbith mineralis*. Pars vero ejusdem præcipitati, quæ post calcinationem remanet coloris fusco-flavi, demonstrat in aquis esse terram calcariam (b).

Si cum heliotropii tintura permisceantur aquæ nostræ vix e fontibus haustæ rubellum colorem instar vini Rhenani acquirunt; sed post aliquot horas eadem aquæ frigescitæ vix heliotropii colorem mutant, quod ipsum vitriolicum acidum ostendit.

Vas argenteum in fonte calido Aponi immissum post pauca minuta totum acquisivit colorem atro-cœruleum. Reliquæ aquæ argentum non inficiunt, nisi earum luta, & præsertim lutum S. Bartholomæi magis quam alia.

A Borace Veneto, aqua calcis, vitriolo martis, mercurio sublimato nulla colorum varietas in nostris aquis

exor-

(a) Hujus præcipitati color flavus indicat existentiam in aquis spiritus vitriolici, quia præcipitatum hujusmodi *Turbith minerali* simile est, quod cum spiritu vitriolico obtinetur, ut credit Mr. Salaïnac. *Eaux minérales de Bagnères analyse de sources de Salut, & d'Artiguelongue &c.* Paris. 1752. chap. I. de l'eau de Salut. pag. 25. second expé: Et Mr. Rotbe. *Introduction à la chymie accompagnée de deux Traitez, l'un sur le sel des métaux, & l'autre sur le soufre anodyne du Vitriol.* Traduit de l'Allemand. Paris. 1741. pag. 210. idem sentit: attamen color flavus a mercurio suscepitus indicat esse in aqua alkali fixum, sicuti scribunt aliqui Chymici.

(b) De diversis coloribus præcipitati mercurii Vide Lemery *Sur les couleurs des précipités de mercure.* pag. 32. & pag. 259. *Histoire de l'Acad. Roy. des Scien. an. 1714.* Paris. 1717.

exorta est. Solutio vero aluminis albas effecit aquas thermales.

Spiritus nitri, vitrioli, salis marini nullam effervescentiam cum nostris aquis fecere, nisi motum illum a Physicis *anguillarem* vocatum, quem spiritus acidi etiam in stillatitia aqua producunt.

Charta coeruleo colore tincta ab aquis Patavinis cōspersa neque diversimode colorata fuit.

Aqua fontis Aponi, ut aliæ nostræ, mixta sanguini humano vix a vena detraicto caloris sanguinis in quantitate decimæ partis ipsius sanguinis, coagulum inhibuit, sanguinemque rubrum, vividumque haud crassum redidit.

Prætermitto nonnulla experimenta methodo Cel. *Pringle* (a) instituta ad cognoscendam nostrarum aquarum vim anti-septicam ratione habita ad alias aquas, sales, spiritus, herbas; ne diutius protraham sermonein meum, de his jam in secunda parte agam; modo igitur satis sit scire, quod aquæ calidæ Patavinæ magisanti-septicæ sunt, quam sal marinum, sal gemma, tartarus vitriolatus, tartarus solubilis &c.

Priusquam ad interiorem analysim aquarium deveniam, opus est ipsarum naturalia sedimenta in canalibus, ductibus examinare, quæ sunt primo arena cum ferro & mica flava (b) ab aquis Aponi ibi relictæ, a qua arena in crucibulo fusa cum borace & nitro ferrum habui, quod ab acidis mineralibus solvebatur, atque a magnete attrahere.



(a) *Observations sur les maladies des armées dans les camps & dans les Garnisons, avec un Traité sur les substances septiques, & Anti-septiques, Lù à la Société Royal Par Mr. Pringle. Traduit de l'Anglois. à Paris. 1755. tom. 2. pag. 155.*

(b) *Vide cap. 3. pag. III.*

hebatur. Præter martem in suo naturali statu aquis immixtum, ipse quoque solutus eis ineſt, quia earum terra flava, seu ochra clare demonstrat ab acido vitriolico omnino ferrum solutum in eiusdem aquis existere; quod etiam ex gallarum tinctura conjicimus, quamvis ob maximam martis dissolutionem illa non multam turbetur. Aliqui tamen suspicari possent ferrum in aquis oriri ab earum componentibus, atque in ductibus paulatim ferrum concrescere; quippe cum sulphure communi, aut alia materia phlogistica, sale vitriolico, ac terra ferrum generari credit *Geoffroy* (*a*); sed *Lemery Filius* (*b*) contra probat, ferrum duntaxat constare ex materia oleosa intime cum terra immixta, ferrumque in plantarum cineribus (*c*) non a calcinatione ortum esse, sicut credit *Geoffroy* (*d*); sed verè antea in plantis extitisse.

Sulphur crystallizatum & sublimatum ab aquis Apennibus omnes veri sulphuris qualitates possidet; sed in aqua thermalis rufus immisso, dum aqua super ignem ebulliat, ejus crystalla solvuntur, & aqua flavescit emitens acrem sulphuris odorem, qui odor, quamvis mitissimus, diu quoque remanet aqua frigefacta, quæ pedetentim flavum colorem amittit, atque fere omnes sulphuris particulæ fundum petunt, & in aqua relinquunt aliquid odoris, & saporis sulphurei.

Tophus seleniticus constare agnoscitur ex sale selenitico,

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) *Histoire de l'Acad. Roy. des Scien. an. 1705. avec les mém. &c. à Paris 1730. Sur la generation du fer.* pag. 64. pag. 362.

(*b*) *Histoire de l'Acad. Roy. des Scien. an. 1706. Paris.*

1731. *Sur la nature du fer.* pag. 32. & seqq. pag. 119.

(*c*) *Hist. de l' Acad. Roy. an. 1707. Sur la nature du fer* pag. 43.

(*d*) *I. c.*

co, quod sal coalescit ex aciditate vitriolica, & alcalina terra, ut inferius patebit.

Tophus calcarius calcinatus adhuc calidus, si ei aqua superaffundatur, illico instar aquæ thermalis Aponi odo rem sulphureum exhalat; & si eidem topho pulverizato immisceatur salis tartari dissolutio, & dein spiritus vitrioli; pulvis colorem flavescentem adipiscitur, qui pulvis super ignitum ferrum præbet cœruleam flamمام, ac fulphureum odorem, indicium sulphuris, aut ejusdem principia latitare in tophis calcariis nostrarum aquarum. Ab eodem topho calcario calcinato rubescentis coloris extra hitur quantitate aliqua sal lixiviale ac detersivum (*a*). Ab hoc topho super ferri ardentis laminam immisso attrahitur magnete ferrum; ast facilius ac majori quantitate hoc habetur, si oleum lini ei permisceatur, & in crucibulo igni admoveatur, quia sic minimæ ferri particulae dato volumine uniuntur, quo magnetis vim sentiunt, sicuti in cræta accidit (*b*). Insuper martis existentiam in tophis calcariis Aponi & S. Helenæ probatur tum ob rubescentem quemdam colorem, quo tophi calcinati inficiuntur; quia lapides calcarii, & arenosi vi ignis rubei evadunt, dum eis ferrum adsit; tum quoque post tophorum calcinationem, qua omne oleosum expellitur, spiritu vitrioli addito, non tantum terra tophi, sed & particulæ martiales solvuntur, quæ postmodum, instillato lixivio salis alkali cum sanguine calcinati, præ-

ci-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) Quod etiam in concretionibus Thermarum Vichy Mr. Joli observavit. *Histoire de l' Acad. Roy. des Sciences.* an. 1683. tom. I. pag. 372. à Paris.

ris. 1733.

(*b*) *Sur la nature du fer.* pag. 61. *Hist. de l' Acad. Roy. des Scien.* an. 1708. à Paris, 1730.

cipitatum cœrulescens vel cœruleum exhibuerunt; tum clare tophorum ferrum observatur hoc modo: Uncias quatuor tophi pulverizati mixtas æqualibus quantitatibus tartari, ac nitri pulverizati in candefactum crucibulum æris furno posui; post hujus materiei fusionem, e crucibulo eam extractam & rursus pulverizatam & cum tartaro & nitro mixtam in crucibulum immisi; dein a materia hac frigefacta & in pollinem redacta iteratis lotiōnibus aliquid martis a magnete attracti obtinui.

Ex nostrorum tophorum calcariorum destillatione obtinetur liquor, qui violarum syrupo viridem colorem tribuit, argenti solutionem præcipitat sub albo colore, & æris dissolutioni spiritu nitri factæ concedit colorem subobscurum aquæ maris: ex quibus deducitur in hisce tophis spiritum salis esse, & sal alkali terrestre.

Terra illa luteo-rubri coloris seu ochracei ab aquis calidis Patavinis, & præcipue ab aqua S. Petri Montis-anionis, & S. Helenæ deposita; & ipsa ferrum manifestè continet, quod non solum ob suum colorem, verum etiam sequentibus experimentis dignoscitur. Terra hæc cum stillatitia aqua immixta, ignique admota aquæ colorem luteum communicavit, dein decoctionem gallarum affudi, a qua miscella prius sanguineus color & eleganter pellucidus, postea in obscuram nigredinem mutatus est, fere eodem modo atque a vitriolo martis in aqua soluto post gallarum infusionem idem contingit; quod in terra hac Thermarum aliquid ferri inesse demonstrat; de qua terra lutea S. Petri Montis-anionis sic loquitur Joannes Bavinus (a) „Terra lutea ut in Balneo S. Petri commi-

” scē-

(a) *De Thermis aquisque metis Bollenfis. lib. I. cap. 13. dicatis Europæ præcipuis. Mon. pag. 40. tisbelgardi. 1600. Historia Fon-*

„ scetur, quæ ochram æmulatur. „ Et etiam tempore Georgii a Turre terram flavam, seu ochram aquæ S. Petri in sedimentis relinquebant; excretio enim hujus terræ recens non est, ut aliquis putat; ait ille. „ Erum-  
 „ punt in amœno colle aquæ fervidæ D. Petri, quæ co-  
 „ pioso sale, & succo terreo, qui ochram colore æmula-  
 „ tur (*a*); „ sed hæc terra ochra est, atque ferrum te-  
 net, quippe in crucibulo calcinata magnetis ope parti-  
 culæ martis, et si paucæ, obtinentur, quia nisi ochræ prin-  
 cipium inflammabile addatur, non trahitur ochra a ma-  
 gnete, magnes enim perfectum ferrum, non vero ejus  
 constituentes partes appetit.

Ochræ originem in aquis Henkelius (*b*) repetit a py-  
 ritarum decompositione, & Cramerus ex resoluta ferri  
 minera (*c*), quod etiam a vitriolo martis habetur; nam  
 si hoc in aqua dissolvatur, materiam luteam ac terream  
 deponit; & quamvis hæc dissolutio sæpe filtretur, nihilo  
 tamen minus eamdem substantiam flavam præcipitat, do-  
 nec vitriolum prorsus destructum sit; quæ lutea materia,  
 est eadem ferri terra, a Chymicis ochra vocata,

Demum ut nullum supersit dubium de ferro in ochra  
 nostrarum aquarum, ecce aliud periculum: Hanc ochram  
 calcinatam & post diversas lotiones bene exsiccatam mi-  
 scui cum floribus salis ammoniaci siccissimis in æquali  
 pondere, quæ omnia in vitro mortario perbenè contrivi,  
 & in pollinem redegi; deinde pulvis in cucurbita vitrea

S positi-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) *Junonis & Nestis vires lurgie.* tom. I. à Paris. 1756.  
*Op. Patavii.* 1668. cap. 16. chap. 6. §. 6. pag. 152.  
 pag. 99. (c) *Elementa artis docimasti-*

(b) *Introduction a la Mine-  
 ralogie Op. avec une description  
 abrégées des operations de métal-* cæ. pars. I. Lugd. b. 1744.  
 pag. 259. §. 398.

positus supra quam alambicum latum cum rostro non valde angusto, tum in arenæ furno cucurbita relicta cum graduato igne; prius acer vapor prodiit, qui in liquorem alcalinum volatilem condensatur; postremo vapes in alambico condensati, atque siccati præbent martis flores, seu entem martis.

In canaliculis Aponi materia coloris cinerei, glutinosa seu mucilaginosa, & fere unctuosa reperitur (*a*), quæ dum exsiccata non sit, facile solvitur, ignique parumper accenditur; ast bene exsiccata in igne duntaxat graveolentem odorem instar ustæ pinguedinis spirat (*b*).

Quid dicemus de lutis nostrarum Thermarum? Si nos nimium celebrare vellemus has Thermas, & a veritatis amore non obstringeremur, cum multis aliis Scriptoribus decerneremus, luta hujusmodi aquarum peculiaria, earumque sedimen esse; ast veritatem inquirere debemus, ideoque, ut supra indicavi, luta hæc nostra coagmentata sunt a terra communi vallium Euganearum, quæ ab aquis thermalibus in quibusdam caveis madefacta & soluta (*c*) imbuitur aliqua salis parte, ac vitriolico spiritu, majori, aut minori quantitate secundum diversas thermarum aquas, & terræ qualitatem. Ubi vero nostræ aquæ, ut in

Apo-

(*a*) Materiam quasi similem mucilaginosam *Boulduc* in *Thermes de Bourbon-l' Archambaut* invenit, & credit efformari ab implicatione salium, bituminis, terræ, cum pauca aqua, quæ aliquid pelluciditatis ei concedit. *Sur les eaux minérales chaudes de Bourbon-l' Archambaut.* mém. pag. 258. *Hist. de l' Acad. Roy. des Scien. an.*

1729. à Paris. 1731.

(*b*) *Vide cap. 3. pag. III. & seqq.*

(*c*) Requiritur ad lutorum majorem præstantiam, ut fontibus subter salientibus terrestris massa æqualiter calefiat, quin imo ebulliat, primosque halitus subtiliores emergentium aquarum recipiat, præter crassamenta, quæ ibidem resideant.

Apono, caveas, aut Lacunas cum fundo argilloso, aut cretaceo non reperiant, sed faxeo (a), lutis carent.

Fere autem impossibile est determinare terræ species, spiritum, oleum, quæ ab ipsis lutis in destillatione extra-huntur; nam luta constant terra vallium Euganeearum, *marna* seu marga, argilla, sabulo, & humo; quare quis in tanta rerum miscella decernere poterit specificas quantitates, & qualitates cujusque generis terræ, spiritus, oleorum, quæ ab hac miscella destillationis ope hauriuntur? maxime quia cum in lutis adsit sal communi simile; hujus spiritus conjunctus cum illo peculiari margæ humi &c. est; unde agnoscere nequimus, spiritum margæ & humi seorsum. Quidquid sit, si aliquis cupiat scire quantum phlegmatis, spiritus, & quantum olei ab his lutis in destillatione extrahatur, in sequenti processu videbit.

Accepi luta (quæ cum acidis fermentant) Montis ortoni, S. Petri Montis-anionis, Montis ægrotorum, S. Bartholomæi, & S. Helenæ, quorum singulorum quatuor libras in globulos multos redegi, atque sub umbra exsiccavi; postea paratis quinque *vitreis retortis*, in quarum singulis quatuor libras luti imposui, ita ut duas partes tertias ventres *retortarum* continerent: Excipula applicui satis capacia, & communi glutine conjunxi. Ex arena institui destillationem gradu ignis, aquæ ebullientis paulo majori: exiit phlegma lutei coloris, & odoris olei tartari.

S 2

Reci-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) In Thermis Valderianis, in Cuneensi Pedemontii Provincia, luta desunt, quia animadvertisit Joannes Fantonus, earum scaturiginem & de- fluxum in faxeo cliuo esse, ubi terrena & apta fingendo luto materies deficit. *De Thermis Valderianis Dissertationes duæ. Genevæ. 1725. Diff. I. pag. 8*

Recipiente iterum applicato, ignem auxi, & tunc oleum acre odorisque olei tartari accepi; dein aucto quām validissime igne oleum crassum in recipiente observavi coloris magis fusci quām primum, saporis ac odoris ut oleum tartari. Quantitas autem phlegmatis, & oleorum circiter in quocunque luto hæc est.

|                               | phlegma | ol. subt. | ol. cras.            |
|-------------------------------|---------|-----------|----------------------|
| Luti Montis-ortoni — lib. IV. | dr. 8   | scr. 20   | gr. 60               |
| - S. Petri Montis-anionis —   | dr. 10  | scr. 28   | gr. 6                |
| - Montis ægrotorum —          | dr. 10  | scr. 30   | scr. 1               |
| - S. Helenæ —                 | dr. 8   | scr. 12   | scr. 1 $\frac{1}{2}$ |
| - S. Bartholomæi —            | dr. 15  | unc. 3    | unc. 1               |

Hæc tamen eadem principia Urbanus *Hærne* (*a*), & Cel. Ellerus (*b*) ab humo, seu terra communi obtinuerunt, penes quos auctores qualitates hujus phlegmatis, & oleorum videndæ sunt, ne inutiliter hæc repetam. Ex quibus rebus agnoscens destillationem mihi nihil certi de lutorum contentis præbere, usus sum lotionibus, filtrationibus, ac *decantatione*; quibus ab unoquoque luto extraxi sal neutrum marino simile, micam flavam, ar-

gil-

(a) *Tentamina chemycorum in reg. Laboratorio Holmiensi peractorum. tom. 2. cum annotationibus Job. Gotschalck Wallerii.* Stockholmiae. 1753. pag. 64.  
 (b) *Histoire de l' Acad. Roy. des Scien. & bel. let. an. 1749. à Berlin. 1751. pag. 11.*

gillam, & *marnam* seu margam, humum (*a*), arenam, & ferrum; omnia tamen proportione diversa in unoquoque luto, de quibus fuse in secunda parte hujus tractatus, ubi de argillis, margis, seu *marnis* Euganeorum montium.

Sequuntur ea, quæ ad evaporationem, & destillationem pertinent. Ex quocunque fonte aquarum thermalium libras septem accepi, quas in septem vitrea vasa ore amplio immisi, atque paratis quatuor æris furnis cum mariæ balneo, ignis gradu, qui ebullientis aquæ paulo minor erat; vasa in eis furnis aptavi, super quæ illico pannum coccinei coloris applicui, quod aliquid sui coloris amisit, indicio acidi vitriolici ab aquis exhalati (*b*). Post aliquod tempus omnes aquæ turbidæ factæ sunt, &

ad

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) Si aliquis terrarum qualitates, ac earum analysim sci-  
re cuperet, & præcipue argil-  
læ, margæ, & humi, quarum  
proprietates transcribere nolui,  
Videat Mr. Pott *Lithogéognosie ou  
examen chymique des pierres &  
des terres. à Paris. 1753.*, *Phi-  
losoph. Burg. tom. 5. pag. 369.*  
ubi refertur analysis terrarum  
ab Acad. Reg. Scient. facta;  
*Christianum Gottlob Ludwig  
Historia naturalis terrarum, seu  
terræ ex regiis augustorum cime-  
liis, Dresdæ conditis. Lipsie.  
1749.*, *Reaumurium de terræ na-  
tura &c. Mém. de l' Acad. Roy.  
des Scien. an. 1730. pag. 349.*,  
*Wallerium Mineralogie. tom. I.*

class. I. §. 5. *Terræ. pag. 7.  
usq. ad pag. 52.*, *Cel. Equi-  
tem Carolum Linnæum Syste-  
ma Naturæ. Lugd. Batav. 1756.*  
clas. 3. *Fossilia. ord. 3. terræ.  
pag. 208. usque ad pag. 214.*,  
*Boerhaavium Elementa Chemicæ  
tom. I. Venetiis. 1749. Pars al-  
tera de artis theoria. pag. 316.*  
*Terra, Stephano-Franciscum Geof-  
froy Tractatus de materia medi-  
ca. tom. I. Venetiis 1742. pars.  
I. de fossil. sect. 2. de terris,  
pag. 36. usque ad pag. 42.*

(b) Si exhalentur nostræ  
aque post mensem a fontibus  
haustræ, primo evaporationis  
tempore sulphureus odor adhuc  
percipitur.

ad earum superficiem pulveris instar quædam corpuscula alba apparent, quæ dein furfuraceam figuram recipiunt, & demum hæc corpuscula simul unita albam pelliculam producunt omnes aquarum superficies cooperientem (*a*).

Dum vero partes hujus pelliculæ invicem secernuntur, & subsident, sedimen efficitur: & cum evaporatio progradientur corpuscula illa furfuracea tam in superficie aquarum, quæ in sedimento commutantur in crystalla filamentorum figuræ, quæ exsiccata pellucida & splendentia sunt, & sal seleniticum esse cognoscitur. Crystalla hæc continuo oriebantur, donec aquæ thermales ad quadragesimam circiter partem earum ponderis pervenerunt, & tunc sal neutrum sali communi simile apparere incipit, quod continuo in crystalla concrescit, donec aquæ exhalatæ sint; at cum sal crystalla sua efformare desinat, aqua mater, seu lixivium citrini coloris, saporis falsi & acris cum amaritudine, simile lixivio salis marini, remanet: Quæ aqua mater exsiccata etiam ipsa præbet sal neutrum simile communi, quod aeris humiditatem facile attrahit (*b*). Si humidum adhuc sedimen e vasis hauriatur, colorem citrinum habet (*c*); attamen si nimis in igne, ut exsicetur, relinquamus, album est. Sedimenti sapor est falsoamarus ob lixivium, seu aquam matrem, quæ sali amaritudinem quamdam tribuit. Quantitas, seu pondus sedimentorum ab octo aquis exhalatis relictorum, est sequens

Ex-

~~~~~  
 (a) Quod in multis aquis thermalibus, & mineralibus observavi.

(b) Exhalationem harum aquarum protraxi usque ad octo

dies, quia leni calore usus fui, quem paulatim imminui, dum parum aquæ in vasis vidi.

(c) Quem colorem ei traxit aqua mater.

Aquæ calidæ Aponi lib. VII.	dr. 4	-	gr. 6
- Tepidæ Aponi _____	dr. 3	-	gr. 17
- Montis-ortoni _____	dr. 2	-	gr. 17
- Virginis _____	dr. 2	fcr. 2	gr. 5
- S. Petri Montis-anionis	dr. 3	fcr. 1	gr. 3
- M. Ægrotorum _____	dr. 3	-	gr. 14
- S. Bartholomæi _____	dr. 2	fcr. 2	
- S. Helena . _____	dr. 4	-	gr. 15

Ex destillatione nostrarum aquarum in eadem quantitate, fere idem sedimentorum pondus habui. Adnotandum tamen est, quod quantitas determinata sedimentorum aquarum Patavinarum aliquando discrepat, sicut accidit aliis aquis medicatis (a); ast plerumque in nostris

ea-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) Mr. Geoffroy le cadet. *Histoire de l' Acad. Roy. des Scien. an. 1724. à Paris. 1726.* ait, reiterando exhalationem earumdem aquarum in iisdem circumstantiis, aliquando magnam varietatem in sedimenti pondere reperiri. & M. Henry de Heere *Les Fontaines de Spa. à Liege. 1680. cb. 2. pag. 10.* dicit *en divers tems, l'on apperçoit divers mineraux en une même Fontaine.*

eadem sedimentorum quantitas reperitur, quemadmodum, diversis tempestatibus experimenta iterando, inveni.

Aquæ Patavinæ destillatæ acidum vitriolum demonstrant, quia heliotropii tinturam in rubeum colorem mutant. Imo ad inveniendum in aquarum destillatione vitriolum volatile, aut vaporem sulphureum, recepi id, quod moderato calore a clibano exivit in proprio recipiente, & observavi ex odore & sapore sulphureum vaporem in ea prima aqua esse. Insuper clibani capitulo frustulum panni rubri suspendi, quod ibi quoque destillatio absoluta fuit, reliqui, & vidi pannum mutavisse colorem. Aquæ ipsæ destillatæ, & cucurbitæ empireumaticum odorem aut pinguedinis ustæ emittunt, quod aliquid mineralis olei in aquis nostris existere declarat (*a*).

Glaciatis nostris aquis, in earum medio aquam salibus onustam reperi, quæ solaribus radiis exhalata, sedimen, aliis simile ignis ope evaporatis aut destillatis, dedit: ac eosdem sales in aquis præcipitatos cum vini spiritu observavi (*b*).

Nunc ad sedimentorum examen veniamus. Aqua stillatitia solui sedimenta, deinde hanc aquam ter per emporeticam chartam trajeci, postea quod supra chartam remansit rursus cum aqua stillatitia immiscui, qua agita, eam paulatim defæcavi; lotionem iteravi, quo usque sal seleniticum parum subsedit: ac easdem operatio-  
nes



(a) Ut confirmat *Mr. Boul-duc* Filius *Sur les eaux de Pas- sy*. pag. 30. pag. 320. *Hist. de l' Acad. Roy. des Scien.* an. 1726. à Paris. 1728.

(b) Hic adnotandum. Si

aquæ aut sub umbra, aut solis radiis exhalentur, saepe circa interna vasorum latera striæ vi-rides conspicuntur, quæ pecu- liaris plantæ genus est a Mi- chelio observatum.


nes super omnia sedimenta nostrarum aquarum institui.

Prima vasa, in quibus sal solutum ab aqua erat, leni igne evaporavi, usque dum pellicula liquoris superficiem obtextit, quibus vasis etiam spiritum vini infudi ad perfectiora crystalla obtinenda, quæ ut melius examinare possem, guttas aliquot hujus liquoris salini super expolitum vitrum projeci. Alia autem vasa sal seleniticum, terram cum stillatitia aqua continentia ad integrum siccitatatem exsiccavi. Proximo die sal in primis vasis sub crystallorum forma circa vasorum latera apparuit, & in eorum fundo aquam matrem seu lixivium reperi, a quo ut sal aeris humiditati non ita facile obnoxium habere possem, ovi albumen ei immiscui, ac lento igne lixivio seu aqua matre exsiccata, sal remansit simile primo absque amaritudine.

Diligenter salis crystalla examinavi, & vidi omnia ejus crystalla cubica esse, attamen parva, quæ ob eorum pelliculitatem, lucis radii, cava esse, monstrant; quia in quacunque positione cubus sit, pars illa, quæ in cubi visione basim facit, ita lucis radios ad cubi superficiem reflectit, ut alium parvum cubum intra illum ostendat; & quatuor lineæ a quatuor angulis cubi discedunt, & in quatuor angulos superficie cubi finem habent, quæ & ipsæ, nihil aliud sunt, quam lineæ rectæ in cubi angulis ad superficiem ipsius ob radiorum refractionem sic viæ; quod etiam in sale marino optimè defæcato & in crystallis concreto visitur; figura crystallorum salis mari- ni a Cel. Nolleto allata idem clare indicat (a); & ipse

T

Cl.



(a) *Lezioni di Fisica speri- 1. sez. 2. esp. 2. pag. 34: O- mentale. Venezia. 1746. tom. seqq. tav. 3. fig. 8.*

Cl. Plumerius (*a*) hujusmodi salis crystalla invenit in aquis mineralibus *Moffat*, & ait salis communis crystalla vidisse valde similia crystallis salis aquarum *Moffat* (*b*), quæ ad nostra accedunt figura.

In præsenti tabula pondus salis neutrius cubici marino similis, salis selenitici, & terræ in aquis calidis Patavinis, est.

	Sal cub.	Sal selenit.	Terra
Aquæ calidæ Aponi —	dr. 3	scr. 2 -	scr. 1 gr. 15
- tepidæ Aponi —	dr. 2 $\frac{1}{2}$	scr. 1 -	scr. 1 gr. 17
- Montis-orton i —	dr. 1 $\frac{1}{2}$	scr. 1 gr. 4	scr. 1 gr. 3
- Virginis ———	dr. 2	scr. 1 -	scr. 1 gr. 5
- S. Petri Montis-a-nionis ———	dr. 2 scr. 1 $\frac{1}{2}$	scr. 1 gr. 8	scr. 1 gr. 5
- Montis ægrotorum	dr. 2 scr. 1	scr. 1 gr. 5	scr. 1 gr. 9
- S. Bartholomæi —	dr. 2	scr. 1 -	scr. 1
- S. Helenæ. —	dr. 2 scr. 2 gr. 6	dr. $\frac{1}{2}$ gr. 4	scr. 2

Ani-

(a) *Esperienze sopra le acque di Medicina della Società d'E-minerali di Moffat. tom. I. dimburgo. Venezia. 1751.*

pag. 88. *Saggi ed osservazioni* (b) *Considerandum est cum Hom.*

Animadvertisendum est, si sedimenti pondus discrepet, ut jam diximus, facilius hoc accidere sali (a): nam ob iteratas lotiones, & ignem multæ salinæ, ac terreæ particulae deperduntur.

Ut certior decernere possem de natura salis nostrarum Thermarum, sequentia experimenta institui.

Comparavi sal Thermarum cum sale communi; ideo in quatuor unciis stillatitiæ aquæ unciam unam salis Thermarum, & sic in aliis quatuor unciis ejusdem aquæ unciam unam salis marini dissolvi, deinde observavi eosdem effectus utramque salium solutionem producere; quippe argentum, jam antea cum nitri spiritu solutum, sub forma albi coaguli ab utraque salium solutione præcipitatum fuit. Mercurius eodem modo, ac argentum, divisus, utramque solutionem lacteam effecit, & album præcipitatum dedit. Spiritus salis ammoniaci, & oleum tartari per deliquium hisce aquis aliquam albedinem tribuerunt. Vitriolum, & heliotropium nullam coloris mutationem induxerunt, sal tamen saturni se præcipitavit. Sal Ther-

T 2 ma-

*Hombergio Histoire de l' Acad. Roy. des Scien. an. 1695. pag. 236. VI.* qui a fait voir la différence de crystallization, ou de congelation du sel commun dans un tems extrêmement froid plus moderé; une du mois de Septembre s'est trouvée transparente, & en une masse unie au fond du vaisseau. l'autre du mois de Février avoit sur sa superficie des roses exagones: elle étoit plus blanche que la première, & se diffout dans un tems assez modé-

ré, au lieu qu'il faut à la première un tems fort chaud. quod etiam contingere potest nostro sali, quod, ut videbimus, omnes salis communis qualitates possidet.


(a) Cel. Benvenutus idem observat in salis quantitate Lucensium Thermarum. *De Lucensium Thermarum sale tractatus Lucæ. 1758. pag. 5.*, cuius rei rationem etiam ad fert.

marum in igne crepitat (*a*). Insuper gravitatem specificam inter sal Thermarum & sal commune adnotavi eamdem esse: Et quod mihi magis confirmavit sal nostrum simile esse sali communi, est, quod vitrioli, aut spiritus vitriolici ope, & salis thermarum sal admirabile Glauberi efficitur eodem modo ac cum sale communi.

Drachmas tres nostri salis in vase ferreo ad ignem posui, & cum vas ignitum fuit sal decrepitavit, & aliquid vaporis exhalavit absque fusione & flamma, atque ejus pondus imminutum est Scr. 1. & gr. 3., a quibus experimentis patet, sal hoc dissimile esse nitro, sali admirabili Glauberi, sali ammoniaco &c.

Demum ut certior essem de natura salis Thermarum; sal ab ipsis circa rivorum latera depositum a corporibus eterogeneis, filtrationis ope, depuravi, exsiccavi, & decrepitavi, & vitream *retortam* ad medietatem eo replevi, atque igne vehementer apposito, tamen nonnisi exigua acidi quantitas in recipientem descendit, & sal duntaxat ad superficiem ustum erat, reliquum suam naturam retinebat, & in dura massa consistebat; quare disrupta *retorta* sal idem immiscui cum talco albo (*b*), & sic repetita destillatione habui spiritum salis album, quem rectificavi, & reperi eum omnes qualitates spiritus salis communis habere; nam argentum prius solutum ab acido nitroso, in nostro spiritu præcipitatur ad fundum in forma pulveris albi, aut potius albi coaguli, quod le-

nio-




(*a*) Sal, quod ab aqua mu-  
riatica extrahitur, etsi purum,  
attamen minus crepitat, quam  
sal marinum.

(*b*) Federicus Hoffmannus  
docet, qua ratione spiritus sa-

lis marini cum oleo vitrioli  
extrahatur. *Observationum Phy-*  
*sico-chymicarum selectiorum libri*  
*3. Venetiis. 1740. lib. 2. obs.*  
*12. pag. 81. §. 3.*

niori igne fluit, coloremque fuscum accipit, malleo cedit, & cudi se patitur, unde nomen *Lunæ cornæ* recepit ab antiquis Chymicis, quod contingit etiam in salis nostri solutione, ut dixi. Eodem modo ac spiritus salis communis noster spiritus præcipitat mercurium jam aqua forti dissolutum solvit cuprum magis quam spiritus nitri; ferrum dissolvit cum aliqua effervescencia; vitri superficiem non diù satis cocti arrodit præ aliis acidis; stannum in flores redactum flavo colore solvit; & denique si misceatur cum tartari sale, vel alio alkali sale, regeneratur idem sal, & reliqua indicia charakteristica possidet, ut sal commune, de quibus salis communis proprietatibus vide Federicum Hoffmannum (*a*), Turnefortium (*b*), Nicolaum Lemery (*c*), Henckel (*d*), Joannem Henricum Pott (*e*), Brandt (*f*), Andream Thue (*g*), & alios.

Ba-



(*a*) *Observat. physico-chymic.*  
lib. 2. obs. 16. animadversiones  
*physico-chymicæ de sale commu-*  
*ni.* pag. 89. & seqq.

(*b*) *Traité de la matière me-*  
*dicale ou l' Histoire & l' usage*  
*des medicaments, & leur analy-*  
*se chymique &c. ouvrage posthu-*  
*mé mis ou jour par Mr. Besnier.*  
à Paris. 1717. tom. I. *Intro-*  
*duction à la matière médicale.*  
pag. XXX.

(*c*) *Corso di Chimica.* Vene-  
zia. 1732. tom. I. cap. 15.  
pag. 286. *Del sale commune.*

(*d*) *Introduction à la minera-*  
*logie.* tom. 2. section 4. du sel  
marin. pag. 49.

(*e*) *Observationum & ani-*  
*mad. Chymicarum præcipue circa*  
*sal commune, acidum salis vi-*  
*nosum, & Wismuthum collectio*  
*prima.* Berolini. 1739. *De sa-*  
*le communi.* Mr. du Clos Hi-  
stoire de l' Acad. Roy. des Scien.  
an. 1667. à Paris. 1733. pag.  
24. & an. 1670. & 1671. pag.  
41. mém. pag. 44. usque ad  
pag. 46., Boulduc Filius Hist.  
de l' Acad. Roy. des Scien. an.  
1726. à Paris. 1728. *Sur les*  
*eaux de Passy.* pag. 317., Mac-  
quer *Elementa de chymie-prati-*  
*que* tom. I. pag. 70. cap. 3. de  
l' Acid. marin.

(f)

Basis seu terra alcalina salis Thermarum similis omnino est illi salis communis (*a*), quia si cum ea misceatur vitrioli oleum, sal admirabile Glauberi efficitur. Ex dictis igitur unusquisque videt sal Thermarum Patavinarum simile omnino esse sali communi, quod etiam in Thermis Pisanis, aqua Tettucii in Hetruria, & in *Salsis* Nirani, Montis-Gibii in Mutinensi ditione observavi (*b*). In Gallia frequentiores sunt Thermæ hujusmodi sale communi imbutæ.

Jacobus, & Joannes de Dondis (*c*), Gratianus (*d*)  
jam

(*f*) *G. Brandt experimenta quædam ad acidum salis communis Kongl. Svenska Vetenskaps Academiens Handl ingar, foer Aor 1753. Vol. 14. Med. Kon- gl. Academiens Tilstaend. Tryckte i Stockholm. Trimestre 4. pag. 295.*

(*g*) *Salis communis descriptio physica & examen chymicum. pag. 29. Prodromi, cuius titulus *Prodromus prævertens continuata Acta medica Hafnienia. Hafnie. 1753.**

Ut fileam Becherum, Stahlum, Cobausin, Hieerne, Velling, aliasque Chymicos.

(*a*) *Henricus Pott l. c. de sale communi. pag. 3. statuit basim salis communis non esse sal alcalinum, sed terram alcalinam peculiarem, cuius compositionem seu mixtionem ait, quâ natura ad generandum hoc*

*sal utitur, vel usâ est, nondum innotuit, quo id perfèctè imitari possemus.*

*De hac re vide Mr. du Hamel Hist. de l' Acad. Roy. des Scien. an. 1736. à Paris. 1739. Sur la base du sel marin. pag. 65. usque ad pag. 215.*

(*b*) *Analisi d' alcune acque medicinali del Modonese di Domenico Vandelli. Padova. 1760. cap. 4. pag. 105.*

(*c*) *Jacobus de Dondis in tractatu de causa saliedinis aquarum in Collectione Juntæ de Balneis. Venetiis. 1553. cap. 4. pag. 109. F., qui eliciebat sal ex Thermis Patavinis, quo sale utebatur, sic ipse scribit. „ Ego enim cum tota familia mea plusquam tribus annis „ usi non alio sale, & in qua „ libet operatione salis, tamen „ sumus dei gratia conservati. „*

Jo-

jam cognoverunt sal commune esse in nostris aquis; sed experientiis satis hoc non probaverunt. Ego tamen alibi aliter sensi; sed modo experimentis fultus errorem meum patefacere non vereor; nam ait Sapiens *Cujusvis est errare; nullius nisi insipientis in errore perseverare.*

In aquis calidis Patavinis sal admirabile Glauberi reperiri, nondum constat, quantumvis in aquis medicatis sale communi imbutis nonnumquam inveniatur; attamen nullis experientiis, nec autopsia detegere potui hujusmodi sal in nostris aquis: Nam sal admirabile Glauberi præcipitat mercurium jam solutum spiritu nitri in flavum Turpethum (*a*); Heliotropii tinturam rubram producit; in igne non crepitat, imo citius funditur; ejus sapor est potius amarus, quam salsus, quæ in sale aquæ subamaræ Mutinæ observavi (*b*). Verum a multis Chymicis hujus admirabilis salis determinata figura non describitur; a Boerhaavio (*c*), Henkel (*d*) nihil certi eruitur: *Boulduc* filius (*e*) ait sæpe sal admirabile concrescere in columnas quadratas ad extremitates incisas cum pluribus faciebus instar elaborati adamantis: Macquer (*f*) dicit hu-

Joannes filius Jacobi idem sentit in ead. Col. Juntæ. *De fontibus calidis agri Patavini consideratio.* cap. 8. pag. 107. *A.*

(*d*) *Thermarum Patavinarum examen.* Patavii. 1701. cap. 6. pag. 95.

(*a*) *Pott l. c. dissert. de sale communi.* pag. 4.

(*b*) *Analisi d' alcune acque medicinali del Modonese.* cap. 1. pag. 13.

(*c*) *Elem. Chemiæ.* tom. 2.

*pars 3. in fossilia proces.* 145.  
*sal mirabilis Glauberi.* pag. 228.

(*d*) *Introduction a la mine-ralogie.* tom. 1. pag. 26. &  
tom. 2. pag. 58. seqq. pag. 95.  
97. 108.

(*e*) *Histoire de l' Acad. Roy. des Scien.* an. 1726. à Paris  
1728. *Essai d' Analyse en gene-rale des nouvelles eaux minerales de Passy.* pag. 306.

(*f*) *Elemens de Chymie theo-rique* &c. tom. 3. à Paris. 1751.  
chap. 4. pag. 44.

hujus salis crystalla esse corpora oblonga sex faciebus; & Wallerius (*a*) animadvertisit, cum destillatio, aut sublimatio absoluta omnino non fuerit, sal admirabile crystallis cubicis & parallepipedis coagmentari: quidquid sit cum sal Glauberianum purum tam fossile, quam artefactum habeamus, nunquam ex crystallis cubicis constat; imo unumquodque ejus crystallorum est instar parvæ columnæ planæ quatuor superficiebus, & longum lineam  $1 \frac{1}{2}$ , & crassum persæpe  $\frac{1}{6}$  lineæ, ac in utraque extremitate quinque aut sex faciebus expolitum quasi ut elaboratus adamas: quam crystalli figuram non solum in sale aquæ subamaræ Mutinensis, verum etiam in puro sale admirabili Glauberi artefacto vidi. Quare extra dubium est, sal nostrarum Thermarum nullam analogiam habere cum sale Glauberi, quia illud Thermarum, ut vidimus, in crystalla cubica concrescit, præter alias differentias essentiales, jam superius allatas; quibus adjungere possumus, sal nostrum si cum carbonibus fundatur, ejus solutionem cum aceto non effervescere, & sulphur non præcipitare, contra vero sali admirabili Glauberi accedit. Quæ cum ita sint, profecto confiteri oportet, sal Thermarum Patavinarum sali communi omnino simile esse, cuius cubi dum parvi sint cum Wallerio (*b*) illud vocare possumus *Sal fontanum minoribus cubis*.

Quo perspecto, consentaneum est commemorare sal seleniticum a me in multis aquis observatum. Interea scendum est, hoc sal in aquarum exhalatione aut igne, solis radiis, seu sub umbra oriri, quia in aquis solutum rea-

pse

(a) *Mineralogie tom. 2. gen. 3. préparations salines. esp. 14.* (b) *Mineralogie. tom. 1. gen. 30. esp. 188. 2. pag. 317. pag. 191. 3.*

psē non existit; sed efformatur ab earum acido vitrilico cum quadam terra alcalina, sicut Cel. Baldassarius (*a*) putat, qui in epistola mihi elapso mense tradita id validis rationibus affirmat. Figura seu crystallum nostri salis selenitici, quod pellucidum est, si nudo oculo conspi ciatur, efformatum esse videtur ex lamella rectanguli figuræ, cuius longitudo est unius lineæ &  $\frac{1}{2}$ , latitudo  $\frac{1}{3}$ , crassities lineæ vix  $\frac{1}{5}$ ; sed microscopio diligenter salis crystallum examinavi, & hoc constare vidi sex faciebus per longitudinem, atque ad extremitates quatuor faciebus, quarum majores omnium sunt illæ, quæ superficiem superiorem ac inferiorem crystalli constituunt; idcirco ejus figura decaedra est, sicut verus Selenites (*b*). Hujus salis figura, quantum ego scio, a nullis rectè examinata fuit: *Geoffroy minor* (*c*) sal hoc tamquam speciem peculiaris gypsi credit, quæ species, ait ipse, est etiam productio necessaria a decompositione omnium mineralium, quæ vitriolum continent; & Cl. Joannes Harduinus (*d*) id multis observationibus afferit: quod probat acidum vitriolicum ad concretionem hujusmodi salis selenitici inservire, sicut infra magis patebit. Sal seleniticum super ignem solam suam pelluciditatem amittit; quare neque crepitat, neque fluit, neque aliquid exhalat: de quo sale sic scribit *Macquer* (*e*) *l'acide vitriolique*

V

com-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) *Relazione delle acque di pag. 193. pag. 208. Pl. 13.  
Chianciano. parte. 2. pag. 153. fig. 12.*

(*b*) *Cel. Linnæi System. Nat. Clas. 2. ord. 1. salia. 12. Se- lenites. pag. 166.* (*d*) *Due lettere sopra varie of- servazioni naturali. Venezia. 1759. Lett. 1. pag. 23. & seqq.*

(*c*) *Hist. de l' Acad. Roy. des Scien. an. 1724. à Paris. 1726. Sur les eaux de Passy.* (*e*) *Elemens de Chymie. tom. 2. chap. 4. pag. 32.*

V

com-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

combiné avec certaines terres forme une espece de sel neutre qu' on a nommé Sélénitte , qui se crystalise diversement suivant l'espèce de terre. Il y a une infinité d'eaux de sources qui tiennent de la Sélénitte en dissolution . Mais lorsqu' une fois cette Sélénitte est cristallisée , il est très-difficil de la redissoudre dans l'eau. Il faut pour cela une quantité d'eau très-considérable , encore est-il nécessaire qu' elle soit bouillante ; car à mesure qu' elle se refroidit , la plus grande partie de la Sélénitte dissoute redevient solide , & se précipite en forme de poudre au fond de la liqueur .

Sal seleniticum certe est sal medium ; nam sal medium mutari potest , secundum operationes seorsum in suis componentibus , & unum ex ejus principiis supra aliud corpus transferri potest , & sic tuto ejus principia agnoscuntur .

Si sal hujusmodi ad ignem rubescat simul cum carbonum pulvere , aut alia materia phlogistica , tunc efficitur sulphuris hepar , cuius odor illico apparet ; quod idem accidit methodo Sthaliana , si illud fundatur cum tartari sale assundendo dein corpus aliquod phlogiston .

Si cum sale tartari sal seleniticum fundatur , atque inde hæc miscella , jam in aqua communi calida , soluta per chartam trajiciatur , ut super eam terra remaneat ; aqua autem sic trajecta blande evaporata , atque ad crystallizationem exposita sit ; tartarum vitriolatum producit figuræ octaedræ , durum , amarum , & reliquis suis peculiaribus qualitatibus . Quibus ex omnibus intelligitur in sale selenitico vitriolicum acidum esse ; ejusque basis est terra alcalina , quia cum acidis effervescit . Quare liquido constat sal seleniticum esse verum sal ; quamvis aliqui contra sentiant , quia eis indissoluble videatur ; quibus respondere possumus Sthalium , & Kunckel sales agnovis-

se difficile solubiles in aqua, attamen illi hos veros falses crediderunt, quia eorum compositionem agnoscebant. Demum sal seleniticum quamvis indissoluble videatur, nihilo secius blando, & assiduo calore, & multa aqua crystalla ipsa dissolvuntur, & cum in hanc solutionem sal tartari per deliquium injiciatur, multa terra subsidet.

Sedimen reliquum salibus exutum immisso cum pauxillo febi in crucibulum operculo clausum, lutatum, & sic mediocri igne per horam ustulatum fuit: Tum frigefacto lateque supra chartam expanso magnetem applicui, a quo aliquot ferri particulæ attractæ fuere: Sed martis quantitatem in singulis nostris aquis constituere, non ita facile existimo; attamen in aqua S. Petri, & S. Helenæ copiosior, quam in reliquis visitur.

Modo advertendum in dicta terræ calcinatione fumum elevari, sed ab ejus colore, ac odore, absque flamma tuto sulphureus dici non potest; probabile enim est, quod post tot iteratas lotiones, ac exhalationes, si aliquid sulphurei in sedimentis erat, vi ignis exhalatum sit. Nec, et si haec indicia desint, sulphur abesse omnino dicere debemus, ut Cl. Alexander Thompsonus (<sup>a</sup>) ait, neque semper sulphur, ejusque præparationes super ignitum ferrum accenduntur, flamمامque emittunt; quia saepe lac sulphuris, & sulphur ipsum in ferro ignito super accensis carbonibus non accenditur, imo in cinerem solummodo vertitur. De sulphure alibi verba faciemus. Reliquum est, ut breviter de terra a sedimentis nostrarum thermarum extracta loquamur.


## V. 2

## Terra

(a) *Ricerche sopra i minerali nella composizione delle acque minerali di Montroso.* pag. 86. 1753. & seqq. in tom. 3. *Saggi ed osservazioni di Medicina della Società d' Edimburgo.* Venezia.

Terra omnium Thermarum Patavinarum alcalina est, quia cum acidis effervescit, in aqua & facilius in vino dissolvitur seu diffunditur, friabilis ac levis est, nullum odorem & saporem habet, si perfecte a sale communi expoliata sit, igne non concrescit, neque durescit; ideoque omnibus suis notis similis videtur terræ ab aqua subamara Mutinensi (*a*), ac a multis aliis aquis medicatis a me extractæ, & a Cel. Benvenuto (*b*) in Lucensibus Thermis repertæ, quæ marga seu *agaricum minerale* vocatur ab ipso, auctoritate Stephani - Francisci Geoffroy (*c*), Cartheuser (*d*), Lemery (*e*), Cæsii (*f*), atque Etmulleri (*g*); sed potius cum Henrico Pott (*b*), & Wallerio (*i*) ad *agaricum minerale* seu *lac Lunæ* duntaxat referri posse credam; quamvis valde dissentiant inter se Lithologi de hac terræ specie; Cel: Pott (*k*) ad argillæ genus refert *Lac Lunæ*, alii ad margam (*l*); at Cel.

Lin-



(*a*) *Analisi d' alcune acque medicinali del Modonese*, cap. I. pag. 33.

*Venezia. 1751. pag. 213. Marga.*

(*f*) *De mineralibus. lib. 2. cap. 2. sect. 1.*

(*b*) *De Lucensium Therma- rum sale Tractatus. Lucæ. 1758. pag. 7. & seqq.*, qui tractatus denuo editus fuit in *Excerpto totius Italicae nec non Helveticæ Literaturæ pro anno 1759. tom. 2. pars 2. opusc. artic. 2. pag. 176.*

(*g*) *Opera omnia. Venetiis. 1712. tom. 3. Collegii Schroederiani Mineralogia. cap. 2. §. 5. Marga. pag. 227.*

(*c*) *De materia medica. tom. I. Venetiis. 1742. pars I. sect. 2. art. 3 cap. 2. pag. 39. & seqq.*

(*h*) *Continuation de la Lit- bogéognosie pyrotechnique. à Paris. 1753. pag. 58.*

(*d*) *Fundamenta materiae me- dicæ. Venetiis. 1755. sect. 2. §. 2. pag. 48. & seqq.*

(*i*) *Mineralogie. tom. I. Gen. 2. esp. II. §. 4. pag. 23. a quo vocatur Creta friabilissima, levissima, non cobærens &c.*

(*e*) *Dizionario delle Droghe.*

(*k*) *I. c.*  
(*l*) *Buttner Rudera Diluvii. pag. 141., Henckel Pyritologie. pag. 581.*

Linnæus ait, margam esse terram induratam, aqua non humectandam (*a*); ego tamen ab hac quæstione libenter abstineo, ne prolixior fiam.

Luculenter ex dictis patet aquas Thermales Patavinas continere *spiritum æthereo - elasticum*, acidum vitriolicum, sal neutrum simile sali communi, terram quamdam alcalinam, cum qua acidum vitriolicum conjungitur, atque exinde fit sal seleniticum, oleum minerale, terram naturæ *agarici mineralis*, seu *Læctis Lunæ*, unà cum particulis martis, de qua martis existentia in nostris thermis Patavinis, sic Federicus Hoffmannus scribit (*b*)

„ Hi omne quicquid ab iis salubre expectari potest, debent martiali, quo valent, ingredienti, cujus testes sunt & sapor paullulum adstringens & ochreum illud, quod mox circa scaturiginem copiosè deponunt: ex horum numero sunt aquæ Freyenvvaldenses, Bebranæ, Scleusingenses, Lauchstadienses: quin & Hallenses nostræ ad hanc classem sunt referendæ, ut celebres Italæ aquæ, quales sunt Tettuccianæ, Aponitanæ, Pisanæ, Caltherianæ in agro Veronensi profluventes, quæ omnes ferreæ sive martiales sunt, & quod præstant in medendo, partim blanda adstrictione toni nimium relaxati, partim etiam diluendo, eluendo, & evehendo crassos & falsos humores efficiant. &c. „ quibus fontibus nos plures adjungere possumus circa Mutinæ urbem (*c*),

ac

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) *Syst. nat. Terræ. ord. 3.* §. 4. pag. 414. & seqq.  
pag. 208. 46.

(*b*) *Dissertationes Physico-medicinali del Modonese. cap. 1.*  
*dico-chymicæ. Venetiis. 1735.* pag. 14. & seqq. cap. 2. pag.  
*Dissert. 28. De acidularum & thermarum ratione ingredientium.*

(*c*) *Analisi d' alcune acque*


*medicinali del Modonese. cap. 1.*  
pag. 42.

ac in ejus collibus profilientes, qui simpliciter martiales sunt, & maximam quantitatem ochræ deponunt.

An sulphur in nostris aquis reapse solutum sit, modo inquirere debemus: Odor sulphureus earum, argenti mutatio coloris, atque veri sulphuris sublimatio, aliquo modo sulphuris solutionem in eis probarent; ast ut verum fatetur, experimenta ad hoc demonstrandum tam in ipsis aquis, quam in earum sedimentis instituta, ambigua sunt.

Nihilo tamen minus perscrutandum est, num in his aquis sulphur, num sulphuris principia contineantur. Quum in aquis his nostris habeamus acidum vitriolicum, & oleum minerale, quod in aquarum destillatione cognoscitur ab odore, ut etiam in lixivio seu in aqua matre, quæ cum oleosa sit, ideoque phlogistica, cum acido spiritu immixta sulphur generari potest, quod Turnefortius (*a*) de illa salis marini loquens, nostræ simili, afferit; & porro Sthalius (*b*) passim in scriptis suis monstravit in terra salis marini phlogiston latitare; insuper pellicula illa unctuosa colorata instar iridis, quæ in nostris morantibus aquis concrescit, & supernatat, ut etiam materia illa *glutino-mucosa pinguis* (*c*), clare indicant in nostris aquis phlogiston esse: quare cum unusquisque sciat sulphur ex acido vitriolico, & materia phlogistica fieri, quæ aquis nostris non desunt; statim liquido appetet aquas calidas Patavinas sulphuris componentia possidere, quamvis disjuncta sint; &

quum



(*a*) *Relation d'un Voyage du Levant à Paris.* 1717. Lett. 4. pag. 156. micarum. Venetiis. 1740. lib. 3. obs. 9. circa sulphur vulga-

re. pag. 246.

(*b*) Apud Fed: Hoffmannum *Observationum Physico-chymicarum.*

(*c*) cap. 3. pag. 111.

quum per tophos, ductus, aut alium convenientem locum aquæ transeant, vaporibus principia ipsa sulphuris exhalant, quæ condensantur, & appropriata terra reperta, in crystalla concrescunt, præcipue ubi terra selenitica, aut falseleniticum sit (a).

Cæterum silentio haud prætermittam, quid Antiqui & Recentiores de contentis aquarum calidarum agri Patavini excogitabant. Plinius (b) sic loquitur de Patavinis Thermis „ Nec decolor æris, argentine (ut multi „ existimavere) medicaminum argumentum est, quando „ nihil eorum in Patavinis fontibus, ne odoris quidem „ differentia aliqua deprehenditur. „ Miror! thermas Patavinas Plinii tempore sulphureo odore expertes fuisse; magis tamen miror in commentario ad Plinium (c), Patrem Joannem Harduinum sic de Patavinis calidis fontibus dicere. „ Quorum aqua, cum vis ei medica insit, „ nihil a vulgari, vel odore, vel colore differt. „ Gregorius Agricola (d) ait „ in Apono fonte inter Patavinos „ longe celeberrimo, alum, sal, sulphur esse. „ Joannes de Dondis (e) gypsum, & sal aquis hisce tribuit; Michael Savanarola (f) ait „ Balnea Paduana composita

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(a) Cel. Targionus Tozzetus ubi sulphur concretum, etiam seleniticas lamellas repeatit. *Relaz. viag.* tom. 2. pag. 387., Vide etiam Vallisnerium *I. c. de sulphuris minera Scandanici.*

(b) *Historiae naturalis libri XXXVI.*, quos interpretatione & notis illustravit Joannes Harduinus e Soc. Jes. tom. tres in fol.

*Paristis.* 1723. tom. 2. lib. 31.

§. 32. pag. 557. n. 10.

(c) *I. c. not. 7.*

(d) *De natura eorum quæ effluunt ex terra.* lib. 1.

(e) *I. c.*

(f) *Commentariolus de lundibus Patavii anno 1440. compitus.* lib. 2. pag. 1184. in Tom. 24. *Rer. Italic. Muratorii.*

„ sunt alumine, cinere, sale, sulphure, ferroque. „ Bartholomaeus Montagnana (*a*) sulphur, & calcem, Ludo-  
vicus Pasinus (*b*) sulphur, calcem, & cinerem, Menghus Blanchellus Faventinus (*c*) sal vel nitrum, alu-  
men, & cinerem, Franciscus Frizimelica (*d*) sulphur,  
alumen, nitrum, calcem, & cinerem, Gabriel Fallop-  
pius (*e*) sal, calcarium lapidem, & sulphuris vaporem,  
Andreas Baccius (*f*) sulphur, sal, alumen, nitrum, ci-  
nerem & calcem nostris aquis dederunt; Georgius a Tur-  
re (*g*), Gregorius Morellus (*h*), P. Kircherus (*i*) fere  
idem cogitaverunt: Joannes Gratianus sulphur, sal com-  
mune, ac terram albam (*k*) recte judicavit in nostris Ther-  
mis; Vallisnerius (*l*) id confirmat, & Cl. Comes Nico-  
laus

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(*a*) *De aspectu & minera, virtutibus, & operationibus balneorum in comitatu Patavino repertorum. Tractatus primus cap. 1. pag. 37. C. In collect. Juntae de Balneis.*

(*b*) *Liber, in quo de Ther- mis Patavinis, ac quibusdam aliis Italiae Balneis tractatur. pag. 199. D. De Balneis que in agro Pa- tavino sunt. In collect. Juntae de Balneis.*

(*c*) *De balneis tractatus. 2. tract. De septem balneis Patavi- nis. pag. 70. F. & seqq. in Collect. Juntae &c.*

(*d*) *De balneis metallicis ar- tificio parandis liber posthumus. Norimbergæ. 1679. cap. 7. pag. 26. & seqq.*

(*e*) *Opera omnia. Venetiis. 1606. tom. I. Tractatus septi-*

*mus. cap. 17. pag. 314.*

(*f*) *De Thermis lib. 6. cap. 19. pag. 330. n. 20.*

(*g*) *Junonis & Nestis vires &c. Patavii. 1668. cap. 16. pag. 98.*

(*h*) *De aquis medicatis Agri Patavini, & de causis qualita- tum, quæ eis insunt, Compen- diolum. Patavii. 1567.*

(*i*) *Mundus subterraneus. Amstelodami. 1668. lib. 5. sect. 3. De Italiae fontibus thermis- que. pag. 264.*

(*k*) *Thermarum Patavinarum examen. cap. 6. pag. 90. 95. pag. 109.*

(*l*) *Opere Fisico-mediche. Ve- nezia. 1733. fol. tom. 2. Raccolta di varie osservazioni spettanti all' Istoria medica e naturale. pag. 435.*

laus Scanagatus (*a*) pertenuem spiritum, sal neutrum, & sulphur concedit iisdem aquis: Nec defuit qui sine ratione & absque necessariis Chemicis experimentis excogitavit nostras aquas continere sal admirabile Glauberi, sed ex dictis satis unusquisque in Chemia versatus videt, nihil hujuscē fālis reperiri in Thermis Patavinis.

Alii Scriptores egerunt aliquid de nostris Thermis, inter quos usque adhuc videre nequivi, quamvis multis adhibitis diligentissimis, idest Antonium de Gradis (*b*), Joannem Carnarium Gandensem (*c*), neque Laurentium Pignorium (*d*).

## X

## CA

- (*a*) *De Alexandro Knips carmen, & de Podagræ laudibus Maccoppe, ac de duobus remediis libellus.* Patavii. apud Joban- ab eo maxime illustratis, mercu- nem Baptiſtam Amicum. 1553. 8.
- (*b*) *De Balneis Patavinis.*
- (*c*) *De Thermis Patavinis*
- (*d*) *Aponum ad Franciscum Barbarinum Cardinalem.* Pata- vii. 1623. 4.

## C A P U T V.

## De Thermarum Patavinarum virtute.

**V**irtutes mineralium aquarum non solum ad spiritus, ad sales, ad ferrum, ad terras, & ad alia contenta referendæ sunt, verum etiam ad aquam ipsam ut aquam communem: Nam sola communis aqua plurimos morbos curat, & expellit; ideoque a multis & gravissimis auctoribus tamquam medicina universalis consideratur (*a*): Sed plerique aquarum medicatarum Scriptores saepe tribuunt quasdam facultates iis, quæ propriae quoque sunt aquæ communi tum frigidæ (*b*), tum ca-

(*a*) *Federici Hoffmanni Dissertationes Physico-medicæ. Venetiis. 1735. pag. 400. Dissert. 27. De aqua Medicina universali.*

(*b*) *Traité des vertus médicinales de l'eau commune. Par Mr. Smith Trad. de l'Anglois.*

*Le Grand Febrifuge, ou discours qui fait voir que l'eau commune est le meilleur remède pour les fièvres. par Mr. Jean Hancock. Trad. de l'Anglois.*

*Problema medicum An aqua sit preservativum pestis tempore? Parisiis proposita anno 1721. sub Geoffroy.*

*Méthode pour traiter les maladies avec l'eau à la Glace. Par*

*Mr. le R. P. Bernard-Marie de Castrogiaenne Capucin de Maltbe. quæ indicata opuscula collecta fuere cum aliis, ac Parisiis in duobus tom. 8. edita an. 1730. hoc titulo Les vertus médicinales de l'eau commune.*

*Ragionamento intorno alla nuova medicina dell'acqua opera di Nicold Crescenzio. Napoli. 1727.*

*Michaelis-Angeli Blondi De partibus istu sectis citissime sanandis, & medicamento Aquæ nuper invento. Venetiis. 1542. præter alias Auctores, ut Wainwright, Joannem Floyer, Baynard in opere cujus titulus Ψυχρολεπτια &c.*

calidæ, unde opus esset sejungere effectus proprios aquæ communis ab illis aquæ medicatæ, qui certe majores sunt, quia aqua medicata virtutes ipsius aquæ communis, ac illas possidet, quæ suis mineralibus insunt. Hic prius de aqua communi loquendum esset; sed cum de ipsa tot extent tractatus, hoc prætermittimus, & ad nostras Thermas dunraxat sermonem convertimus.

Cum nostræ aquæ thermales contineant *spiritum æthereo - elasticum*, acidum vitriolicum, oleum minerale, sal neutrum sали communi simile, terram alcalinam naturæ *agarici mineralis*, & aliquid martis; illico earum medicæ virtutes aliquo modo agnoscuntur. *Spiritu* enim *æthereo - elasticu* aquæ permeant etiam minima capillaria vascula facilius, vasa contracta distendunt, & impulsionis ac irritationis momentum reliqua aquarum mineralia ab ipso spiritu accipiunt; quare hæ aquæ epotæ citius per secessum aut urinas, aut per sudorem e corpore exeunt; atque in balneorum usu promptè per spiracula absorbentium vasorum massam sanguinis ingrediuntur. Acidum vero vitriolicum quamvis in multa aqua dissolutum, attamen sufficit non solum ad solidorum oscillationem promovendam, ea leniter irritando, ita ut sanguinis & ceterorum humorum circuitus promoveatur, illorumque derivationes, secretiones, ac excretiones confestim juxta naturæ ordinem sequantur; verum etiam unà cum sale ad aperienda obstructa vascula, & ad humorum stases resolvendas. Sal neutrum sua vi purgante, detersiva, *Irritabilitatem* (a) intestinorum augendo multos lymphaticos

(a) Quæ *irritabilitas* a Cel. demonstrata fuit, quorum ego Hallero multis experimentis multa eodem successu iteravi.  
Hac

humores e corpore educit, & sic efficacissime mitiorum purgantium munus præstat; & cum naturam eorum salium obtineat, quæ humani corporis humoribus conficiantur; vasa facillime penetrat, atque in illis contentos humores præ nimia densitate cohærentes incidit, ac solida irritando resolvit, atque vi antiseptica humores a corruptione defendit. Sal ipsum simul cum aliis harum aquarum mineralibus fæpe renum & vesicæ calculos ( dum nimis solidi non sint ) defringit, & per urinas educit.

Oleum vero minerale balsamica sua facultate solida corroborat, internisque ulceribus multum prodeit, & aliquo modo fortasse vim nimis irritantem acidi, & salis temperat. Terra illa alcalina solidorum imbecillitatem corrigit; quamvis in hujusmodi terra roborandi vim neget Cl. Balthasar *Ludevig Tralles* (b): ipsa terra absorbet, & demulcet humorum acrimoniam tam interne  
(a),

Hac Irritabilitate aliquorum  
morborum causæ, medicamen-  
torum vires & effectus in hu-  
mano corpore explicantur. Vid.  
*Memoires sur la nature Sen-  
sible & Irritable des parties du  
corps animal*; par Mr. Alb.  
de Haller. tome premier. a Lau-  
fanne. 1756. Etiam ego de  
*Sensibilitate*, & aliquid de *Irr-*  
*itabilitate* scripsi superioribus  
annis, nempe *Epistola de Sen-*  
*sibilitate Pericranii, Periostrii,*  
*medullæ, duræ Meningis, Corneæ*  
& *tendinum. Patavii. 1756.*,  
& *Epistola secunda & tertia de*  
*Sensitivitate Halleriana. Pata-*

vii. 1758. & nuper *Apo-*  
*logia*, quæ huic tractatui ad-  
jecta est. Sed ego veritatem  
experimentis quæro, & non  
invehor in Cl. Viros, neque  
violens adversarius sum, neque  
de ipsorum probitate umquam  
locutus sum, sicuti Cel. Hal-  
lerus, ejusque Sectatores me  
redarguere fatigunt; ast alibi  
prolixè de hac re loquar, in-  
terim Vide ejusdem Halleri op.  
cit. tom. 4. Lufanæ ed. an. 1759.  
(b) *Das Kayser-Carlsbad in  
Boëmien in einer oder entworfen  
nebst einer oder Abhandlung.*  
Breslau. 1756. pag. 117.

(a), quam externe. Insuper ferrum solida magis corroborat, secretiones omnes adjuvat, lentoſ & viſcidos humores ſolvit (b).

Igitur unusquisque videt Thermas Patavinas generaliter eſſe purgantes, deterſivas, deobſtruenteſ, corroboranteſ & antifepticas, & ob earum terram aliquid abforbenteſ poſſidere. Præter hæc, earum vapor ſulphureus per nares & aſperam arteriam inspiratus, ſua balaſamicā facul- tate, relaxata ſolida erigit, viſcidosque humores attenuat præcipue in naribus, fauicibus, & pulmonib⁹.

Qua-

(a) Aliqui ſentiuunt, ter- rea remedia niſi in primis viis agere; aſt Hombergius in *Dif- fert. de modo agendi terreorum*, & Floridus de *Plumbis Dif- fert. hiftorico-medica de ſaluber- rimo Nuceriae in Umbria erum- penti latice*. *Venetiis*. 1745. experimentis contrarium pro- bant.

(b) *H. Gourraigne Differt. de ferri uſu & abuſu in Me- dicina. Monſpelii. 1736. §. III. pag. 13.*, *M. Lemery Filius Sur l' uſage du fer en Médi- cine pag. 25. Hiftoire de l' Acad. Roy. des Scien. an. 1713. à Paris. 1739.*, qui cognovit Martem agere omni ſua ſub- ſtantia in humano corpore, & maxime abforbenteſ eſſe, quod idem afferit *Geoffroy ſenex in ead. Hift. de l' Acad. ejusdem*

anni pag. 168. *Sur le Vitriol & le fer. I. H. Zannichelli de Fer- ro. Venetiis. 1719.* *D: Quincy* in ſua *Pharmacopœa officinali* & extemporanea. par. 2. ſect. 15., ait ferri actionem pendere a ſoliditate, & ſpecifica gra- vitate illius particularum: hæ enim quam metallicæ ſint, ideoque graves, cum ſanguine commiſſæ, cumque eo in gy- rum aetæ, vim habent ſupe- randi obſtacula, ideoque reſe- randi vias, ſi quæ ſint obſtru- etæ. Vide etiam *Jo. Christianum Stockium Differt. de pree- ſtantia martis in morbis chronicis*, *Resp. Frid. Erb. Loeber. Jene. 4. 1751.*, & *Edward Wrigtb Differt. de ferri hiftoria naturali, preeparatis & uſu me- dico. Edimburgi. 1753.*

Qua ratione autem explicari possunt effectus diversi horum fontium, qui eadem continent? hoc deducere nequimus nisi a varia quantitate acidi, salis, olei, terræ, martis, spiritus *æthereo - elastici*, & a caloris gradibus diversis, ita ut in una aqua magis v. g. sal agat quam in alia, & sic vice versa in aliis: Prætermisso autem rationibus, medica praxis ipsorum fontium in morborum curatione tot annis clare ostendit varietatem quamdam effectuum in omnibus calidis Patavinis aquis esse, quam varietatem probabile a majori, aut minori illarum vi agente in humano corpore pendere mihi videtur.

His habitis de rationibus & modis, quibus ea, quæ intra nostras thermales aquas continentur, agere possunt. Modo dicendum est de virtutibus cuiuslibet aquæ, experientia Clariorū Virorum per multos annos comprobatis: Inter quos enumerandi sunt Joannes de Dondis, Savonarola, Falloppius, Ludovicus Pasinus, Georgius a Turre, Gratianus, Alexander Macoppe, Celeberrimus Morgagnius & alii Cl. P. Professores, ut Cl. Placentinus, Scopulus, & Parens meus, qui per triginta annos in quamplurimis curandis morbis Patavinæ Thermae utiles admodum & salubres expertus est; & ego ipse diversos chronicos morbos pulsos vidi ope harum aquarum; quod si omnes peculiares curationes, historiasque morborum numerare velim, plures centurias exarare deberem; quare nisi paucas, ac majoris momenti infra breviter indicabo.

Veruntamen nunc de virtutibus fontium Aponensium loquendum est, quæ certe convenient etiam reliquis calidis Patavinis fontibus, et si in gradu aut majori, aut minori. Aqua Aponi intus assumpta fortiter purgat absque virium detimento & debilitate, ideoque egregiam confert opem in morbo regio, quum ejus causa non sit cal-

culus cystis-felleæ ; urinam provocat , & sæpe transpirationem & sudorem promovet , viscerum tonum roborat , fibrasque relaxatas erigit & restituit , ut etiam mesarai- cas glandulas a crassa lympha infarctas deobstruit ; unde convenientissima est quibusdam hystericis , hypocon- driacis , lienosis , aut atra bile vexatis , melancholicis , aut ob inappetentiam ac depravatum gustum macie con- fectis , cum eorum digestionis viscera nondum organice vitiata sint ; & iis gastrica febre laborantibus , qui inuti- liter febrifugis usi sint . Maxime omnium aqua Aponi confert hydropi , & generosum effectum præstat , cum hydrops non sit illius speciei , quæ a Menghino (a) in- sanabilis observata fuit : Plurimum valet ad urinæ in- continentiam , si ejus causa sit solidorum debilitas : Im- modicam corporis molem coerget : in aliquibus stomachi doloribus juvat , quod in se metipso expertus est Ludovicus Pasinus (b) Patavinus , qui sic scribit . „ anno 1528 „ dum essem Pisauri physicus Illustris Urbini Ducis , „ correptus fui intensissimo dolore stomachi : a quo diæ- „ ta tenuissima , medicinis , pilulis , olei potu , fomentis , „ aut stupefacentibus , minime potui liberari : forte da- „ tum quod Illustrissima Eleonora Urbini Ducissa in re- „ cessu a Patavina civitate portari jussit duos cados li- „ gneos aquarum Aponensium pro quadam Domina Pi- „ faurense de Ardiciis , quæ aqua erat in camera mea .

„ ego

(a) *De Bononiensi Scient. In-  
stit. tom. 4. experimenta de lar-*

(b) *Liber in quo de Thermis  
Patavinis . In opere Juntæ de  
go & diurno tartari usu ad  
hydropisim summopere utili . pag.*

„ ego autem sentiens dolorem & alia symptomata per-  
 „ feverare, desperans fere de salute, quia solentia juva-  
 „ re non juvabant, inde præsagium non bonum trahe-  
 „ bam, decrevi de aquis thermarum nostrarum, quas in  
 „ cubiculo habebam, bibere, de quibus per tres dies bi-  
 „ bi usque ad duodecim cyathos, illicoque liber fui,  
 „ nec quidquam passus sum. „

Aponensis aqua in calculosa renum affectione optimum effectum præstat, a qua, idem Pasinus (*a*) narrat, Nobilem Patavinum liberatum esse: „ locupletissimus testis Speronus Speronius utriusque linguæ cognitione præstantissimus: qui ex potu aquarum Aponensium ex toto liber remansit a calculosa passione. „ Probatur valde utilis potus ac balneum hujus aquæ ad arthriticos dolores, qui a lympha nimis crassa ac tenaci oriantur; quippe hæc fluidior ab aqua Aponi fit ob moleculas spirituosas, salino - martiales, & vasa laxa suo acido corrugando stasim lymphaticorum humorum in iis locis impedit, atque lentum lymphæ motum accelerat: Insuper eadem vasa corrugando ulceræ ferruminat, quæ difficilè consolidantur ob copiosam humiditatem, qua illa scatent: Clysteres hujus aquæ sæpe colicos cruciatus, cum febris absit, aliaque intestinorum tormina debellant; de qua re ita scribit Cl. Comes Nicolaus Scangatus (*b*), dum virtutes thermarum Aponi, & Virginis enarrat a suo præceptore Alexandro Maccoppe, nec non a se metipso observatas: „ Vidi alias stomachi, mesenterii alias, plures intestinorum, laxioris præser- tim, quod Græci *colon* appellant, torminibus, a caus- „ fa

(a) *I. c. pag. 198. D.*

*coppe Eccl. commentariolum. Pa.*

(b) *De Alexandro Knips Mac- tavii. 1745. pag. 50. §. 18.*

„ sa diversi generis pendentibus, pessime habitos, febri  
 „ tamen vacuos, harum thermarum ope ita recreari,  
 „ ut multo rarius, & mitius vexarentur. Adolescentu-  
 „ lum vero Lusitanum, quem in menses singulos coli-  
 „ ca torquebat, verminosa ideo a Magistro appellata,  
 „ quod teretes, latosque lumbricos ex ore modo, mo-  
 „ do a parte inferiore redderet, mercurialibus, oleosis,  
 „ pinguibus, amaris aliisque remediis, quæ Anthelmin-  
 „ thica nostri vocant, frustra adhibitis, hujusmodi aqua-  
 „ rum usu sin minus liberatum omnino, non nisi tamen  
 „ semel in anno tentatum vidi. „ Aqua Aponensis in  
 dysenteria prodest : In pulmonum rheumaticis defluxi-  
 bus, asthmate, cuius causa non sit obstruens impedimentum  
 aut convellens, pulmones & cor vitiis careant,  
 ab hac aqua maximum præsidium exspectandum est. Ta-  
 bes incipiens, quæ Phthisis ex flacciditate pulmonum  
 ab Hippocrate dicitur, quamvis tussis, sputum viscidum,  
 aut dilutius & falsius ac febris hectica adsit, ut etiam  
 hœmophtisis, si a lacte æger aliquid levaminis sentiat,  
 Alexandro Maccoppe (a), Josepho Jordano olim Pata-  
 vini Nosocomii medico, Parente meo, aliisque obser-  
 vantibus, aqua Aponi, & præcipue illa Virginis curatur.  
 Potus ipsius Aponensis aquæ & peculiariter illius tepidæ  
 perutilis est pulmonum ulceribus in eorum superiori par-  
 te existentibus. Suppressa menstrua promovet potus &  
 balneum hujus aquæ; a fluore albo mulieres liberantur,  
 & a reliquis præternaturalibus vaginæ, uteri humiditati-  
 bus, quæ conceptionem persæpe impediunt, per usum po-  
 tus, balnei, injectionis, aut ipsius aquæ vaporum, de

Y

quo

(a) *I. c. pag. 47. & seqq. §. 17.*

quo effectu sic ait Savonarola (a), „ Nam diebus Cer-  
 „ misoni nostri , cujas consilio mulier Veneta hac dis-  
 „ positione infecta , cum ad balnea hæc proficisceretur ,  
 „ quæ duodecim annis concipere non potuit , hujus bal-  
 „ nei usu (loquitur de Aponensi balneo) , divina inter-  
 „ veniente gratia concepit . „ Cl. Nicolaus Scanagatus (b)  
 enarare pergit quibus in morbis optimo eventu nostris  
 Thermis Alexander Maccoppe utebatur , nempe in re-  
 currentibus articulorum morbis , alvi dejectionibus epi-  
 demicis , vel ut ajunt , a toto , modo cum sanguinis  
 eruptione , „ modo puris , modo aliis tetterimi succi  
 „ laevitatem intestinorum , cæteraque fusi ventris incom-  
 „ moda , nisi febris , vel aliquid aliud obstitisset „ &  
 ab iis , qui frequenter sanguinem vomebant , ascitem ar-  
 cuit aut aqua Aponensi , aut Virginis . Aliquando bal-  
 neum , & vaporosum Laconicum valde profuit lue cel-  
 tica laborantibus .


Sub stillicidii forma ad multos morbos aqua Aponen-  
 sis confert ; quia præter vires aquæ absorptæ per cutis  
 poros ; illa quoque percussio aquæ ab alto decidentis , vel  
 horizontaliter aut aliis modis impetu per fistulas ejectæ  
 maximè præstat , quia sic lentos ac viscidos humores  
 dissolvit solida contrahendo , & eorum circulationem pro-  
 movet non solum in corporis illa parte , in quam aqua  
 decidit , verum etiam in interioribus corporis humani  
 locis ob partium corporis humani admirabilem consen-  
 sum ; quod Hippocrates animadvertisit dicens , *Consensus*  
*unus consentientia omnia* , quæ res explicari potest ob  
 mutuam partium corporis *irritabilitatem* . Stillicidium  
 igi-

(a) *De Balneis &c. lib. 2. Juntæ de Balneis &c.*  
*cap. 1. pag. 17. E. In opere*      (b) *I. c. pag. 53. §. 19.*

igitur, vulgo *Duccia*, in recenti alicujus membra paralysi confert, si crassâ lymphâ ejus caufsa sit; in capitibz doloribus, in multis oculorum vitiis, v. g. in amavroſi, in cataractæ principio, & in aurium morbis, ut tinnitus, surditate proveniente a lymphæ ſtaſi in ejusdem auris parvis vaſculis, glandulis, aut in harum cavitatibus; ipsum blandum ſtillicidium in ipſa aure convenit, ſi a nimia humiditate tympanum nimis laxatum ſit, idcirco ab hac cauſa ſurditas originem habeat; ad quas morbi species præter ſtillicidium in capite, ejusque locationem, balneum quoque conducit, quia ſic copiosi ſudores provocantur, & materia fluxiones antecedens & cum iſpis conjuncta educitur. In œdematoſis tumoribus, in ani fistulis, urethræ vitiis, ulceribus faucium, vaginæ, crurum, & aliarum partium, eo magis juvat ſtillicidium, aut injectio ſi eodem tempore balneum adhibetur.

Balneum iſius aquæ in curatione jam dictorum morborum maxime adjuvat. Quo modo autem balneum in humano corpore agat, multa dicenda eſſent; attamen pauca ſolum attingam. Balneum humectando, diluendo, & ſua caliditate & ſalibus omnem corporis pæriphériam mundificat, unde omnes cutis poros deobſtruit, ac fibras nimis rigidas laxando perspirationem promovet (a), ac per inhalantes cutis poros (b) aqua tranſit

Y 2                      in



(a) Quamvis calida balnea in principio corporis pondus augeant; aſt inde maxime perſpirare faciunt, ita ut *Keill* horæ ſpatio medium libram humoris transpirari credat; & Martinus a *Buxton* excogitavit

folummodo horæ ſpatio quinque uncias humoris, horæ autem &  $\frac{1}{2}$  octo aut duodecim uncias corpore exire post balnei calidi uſum. *Pbil. Trans. n. 407. pag. 27.*

(b)

in venas, & humoribus redeuntibus ad cor, admiscetur, & vi sua medicata, sua gravitate (a), ac calore naturali in fluidis & in solidis agit; quapropter balneum confert in ankilosi, reliquisque distentis, ac induratis membris; in omnibus cutaneis morbis v. g. in psora, impitigine, herpete, scabie juvat, quia suo calore emollit cutis illa tubercula ac pustulas; terra autem sua alcalina humorum acrimoniam absorbet & demulcit; acido vitriolico, quod infarctum est, resolvit, mar-

te-



(b) Georgius Erhardus Hambergerus in sua *physiologia medica s. de actionibus corporis humani sani doctrina, principiis physicis a se editis, itemque mathematicis atque anatomicis superstruta*. Jenæ. 1751. pag. 282. scribit,, Resorptionis per vasa cutanea duplex tantum potest esse causa, vel vis externa premens, vel penetrans, tis particulæ adhæsio. „ cuius utraque in balneis habetur: et si Martinus Lister dicat,, nec aquæ ab exterioribus per nostram cutem ad interiora protrudi possunt. „ *Dissert. de humoribus*. Amstelodami. 1711. cap. 34. pag. 351. Vide James Dizionario universale &c. tom. 3. Venezia. 1753. lett. B&L. pag. 584. qui rationes affert quo modo aqua cutis poros ingrediatur. De vasis bibulis ecce quid scribit Cel.

Antonius de Haen Consiliarius aulicus, & in Cel. Vindobonensi Universitate Med. Praet. Professor P., in libro *Theses sistentes Febrium divisiones, de miliaribus, ac petechiis &c. dissert. Vindobonæ*. 1760. §. 4. de febre miliari. pag. 60. „ Nonne Keilius demonstravit „ juvenem sanum, sed jejunio „ ac labore confeatum, spatio „ unius noctis 18. uncias porris imbibisse suis? Hydropis „ corum utique exempla nos „ docuere paucos intra dies „ 100. Libras hominum imbibiri poris. „

(a) De pondere seu gravitate aquæ in balneo supra humana corpora Vide Ebraimum Chambers lett. B&G. pag. 9. tom. 2. Dizionario universale. &c. Venezia. 1748. & James L. c. pag. 581.

teque, oleoque minerali ipsa solida corroborat, ne denuo hujusmodi morbi gignantur; & quod præcipuum est, aqua medicata sanguinem ingressa corrigit humorum præternaturales qualitates, ac sudore eas expellit (a).

Laconici vaporosi usus ad multos morbos curandos conduct, peculiariter ad rheumaticos ac arthriticos dolores, ad anasarcam, nimiamque corporis pinguedinem immi-  
nuendam; prodest etiam iis qui post inunctiones mercu-  
riales doloribus adhuc vagis per artus vexantur; demum  
in omnibus eis morbis ubi crassa, viscida & iners lym-  
pha in causa sit. Quod ab Aponensibus aquis deponitur,  
& ipsum nobis efficacissima remedia ministrat.

Sal neutrum communi simile, quod circa rivos sub-  
fidet, eosdem optimos effectus tribuit, ut alia salia me-  
dia; nam uncia una hujus salis per os assumpta sex aut  
septies purgat ventrem sine tormentibus, & virium pro-  
stratione, ut saepe expertus sum, quo sale, si oporteat,  
magis purgantes efficere possumus ipsas aquas thermales,  
si in earum unaquaque libra scrupuli tres, aut quatuor  
solvantur.

Sulphur Aponi in ductibus, & seleniticis tophis con-  
cretum, quanti faciendum sit, discere debemus ab A-  
quisgranensibus, a quibus sulphuris libra earum ther-  
ma-

(a) Qua ratione balnea a-  
gant in humano corpore viden-  
dus est *tractatus de sanguinis mis-  
fione*. pag. 102. Laurentii Bel-  
lini, & legenda est elegantissi-  
ma oratio Cl. Joannis-Caroli  
Barsanti *De Balneis oratio inau-  
guralis ad Academiam Pisanam.*  
*Pisii*. 1759. in qua Cl. Au-


tor ait, balnea in humana cor-  
pora agere suis præsertim viribus  
immechanicis, quæ in diversis  
Balnei materiis, veluti calorifi-  
cis, frigorificis, mineralibus  
&c. inhaerentes, vividæ fiunt,  
& actuosæ per ejusdem balnei  
fluiditatem.

marum (a) pretio trium , quatuor , quinque , vulgo ditorum *talerorum* imperialium venditur , pro ut plus vel minus ejusmodi sulphuris haberi potest , & ab Anglis , qui præ cæteris nationibus Aquisgranenses ad thermas frequentius veniunt , magno pretio sulphur hujusmodi emitur , & in Britanniam transportatur : ubi in asthmate , aliisque morbis pectoris mane & vespere ad unciam semis pani , butyro illito , inspergitur , & comeditur ; quibus facultatibus quoque nostrum sulphur (b) Aponi gaudet .

Terra illa , quæ inter cavitates faxi collis Aponi reperitur , in iis morbis convenit , ubi alia absorbentia indicantur .

Tophus calcarius calcinatus in detergendis , & ad cicatricem perducendis ulceribus ob sal lixiviale , & terræ vim absorbentem , valde prodest .

Antequam ad ulteriora progrediamur , juvat hoc loco animadvertere Aponensem aquam , quæ licet tophos efficiat , per os assumptam calculos non gignere (c) , ut aliqui putant ; imo corrigere substantiam ex qua calculi producuntur : hæc fluida sui facultate , & medicatis principiis diluit & solvit viscidos , & crassos humores , terreas particulas & sales fixos fundit , & nihil sui subsidere finit ;



(a) Cl. Gottlob Caroli Sprin-  
gsfeld Iter medicum ad Thermas  
Aquisgranenses . &c. §. II.  
pag. 23.

xonum. 1620. 3. usus medicus.  
pag. 26.

(c) Gabriel Falloppius tom.  
I. tract. 7. de Thermal. aquis.  
cap. 8. pag. 273. ait „ aqua  
„ habens succum lapideum sa-  
„ lubris est , & utilis homi-  
„ nibus contra nonnullos „,

(b) De sulphuris viribus in  
morbis pectoris vide Matthiam  
Untzerum de Sulpure tracta-  
tus medico-chymicus . Halle-Sa-

sinit; imo citius cum suis medicinalibus principiis e corpore exit.

Hæ sunt vires medicinales aquæ Aponensis, quæ fere reliquis Patavinis aquis convenient, quæ duntaxat inter se differunt ratione quantitatis, & proportionis contentorum; idcirco in una v. g. magis agit sal neutrum & sulphur, quam reliqua contenta, ut in Aponensi aqua: in alia magis *spiritus æthereo-elasticus*, sulphur, unà cum parva salis neutrius quantitate, ut Aqua Virginis; & in illa S. Petri Montis-anionis, & S. Helenæ ferrum, & ita aliquid ferri in aqua Montis ægrotorum. Aqua Aponei, ut superius, magna gaudet facultate resolvendi detergendi, & exsiccandi. Aqua Virginis Montis-ortoni & ipsa vi pollet, resolvendi & incidendi. Illæ S. Petri, S. Helenæ, Montis ægrotorum præter vim resolvendi facultate corroborandi donatae sunt.

Omnes hæ nostræ thermales aquæ pro morborum varietate in potu adhiberi possunt maxime aqua Aponei, ut superius dixi, & aqua Montis ægrotorum. In usu tamen frequentiori est aqua Virginis, quam ad plures libras quolibet mane bibere licet, minori tamen quantitate ut plurimum aquæ aliorum fontium bibendæ sunt.


Falloppius loquens de aqua Virginis Montis-ortoni (a) sic scribit „ De aqua illa B. Virginis, de qua, qui „ ante nos de balneis meminere, nullam fecere mentio- „ nem, & ut ingenue fatear, qui illius aquæ usum in- „ venerunt, primi fuere Excel. D. Franciscus Frizimelica, „ & Excel. D. Aloysius Bellocatus Professor in Patavino „ Gymnasio. Hi duo medici priores omnibus cooperunt „ aqua illa Virginis uti, & ego postea sæpius sum usus,

re-

(a) *I. c. cap. 18. pag. 317. & seqq.*

„ reperique easdem , quas ipsi dixerunt , habere vires .  
 „ Aqua Virginis in potu tantum est in usu , eamque  
 „ exhibemus feliciter admodum iis , qui patiantur guttam  
 „ rubeam (a) , vel rosaceam vocatam ; vidistis saepe ho-  
 „ mines , qui habent faciem rubicundam , & verrucis qui-  
 „ busdam rubentibus repletam , ita ut facies verrucosa  
 „ tota appareat , haec igitur est illa affectio , de qua lo-  
 „ quimur , quaque fugatur ex potu aquæ Virginis , si  
 „ duobus annis in potum sumatur . In gonorrhœam e-  
 „ tiam ob fervorem renum solemus hanc aquam exhi-  
 „ bere , sed non ita certum effectum reddit . „

Thermopotatio aquæ Virginis , qua copiosius uti licet ,  
 sicut indicatum est , magni emolumenti est in curandis mor-  
 bis , & facile fertur ; siquidem ejus sapor potius gratus  
 est quam nauseosus , haec in stomacho non gravitat , imo  
 cito transit ; ita ut graciliori habitu homines eam ferant ,  
 atque iis digestionem adjuvat : Aqua Virginis majori quan-  
 titate vasa ingressa , diluit , & incidit magis quod cras-  
 sum est in humoribus , stases humorum resolvit , omni-  
 bus secretionibus juvamen adfert ; solida vero laxa corro-  
 borando , systolis , & diastolis motum adjuvando , facit , ut  
 humorum circulatio in omnibus corporis partibus libere  
 succedat , spiritus animales torpidos fuscitat , atque omnes  
 functiones adjuvat ; quippe viscera abluendo e corpore  
 eliminat indigestos humores liberum naturalium functio-  
 num usum impedientes : quibus effectibus plurimos chrono-  
 nicos morbos hujusmodi aqua curat ; & si addas vim bal-  
 samicam sui olei mineralis , tunc appetet Virginis aquam  
 convenire in iis morbis , qui balsamicis indigent , ut in  
 pul-



(a) Idem afferit Frater Fe- gici . Venezia . 1688 . Delle acque  
 lix Passera Bergomensis Il nuo- minerali lib . 2 . distinzione 5 .  
 vo tesoro degl' arcani Farmacolo- pag . 220 .

pulmonum, renum, ureterum, & vesicæ ulceribus, quod multis observationibus confirmare possem. De qua re sic Gratianus (a) loquitur, „renum vitiis, gonorrhœam sim-  
„plicem ocius sanari, pleraque alia renum, ureterum,  
„& vesicæ vitia, mihi tunc præsertim cruentum tolli  
„adeo certum experientia fecit, ut probatione nequa-  
„quam indigeat. „

Potus ejusdem aquæ in quibusdam hydropis speciebus valde juvat, ut etiam in hemiplegia, iisdemque, ut diximus, morbis, in quibus Aponensis aqua, confert.

Stillicidium, & balneum Montis-ortoni ipsis morbis convenit, ubi illud Aponi, verum minori aetivitate; unde hoc duntaxat adhibetur, quum blande resolvendum aut corroborandum sit. Aqua vero S. Petri, & S. Helenæ ob multum martem, alias thermas antecellit solida corroborando, ac crassa fluida incidendo; igitur prodest in cœdematosi tumoribus, anæklosi, in artuum paralyssi, reliquisque morbis, ubi solida sint nimis laxa, & fluida crassa aut stabulantia, quia efficacius agit quam aliæ nostræ Thermæ, si excipias aquam Montis ægrotorum, quæ viribus multum accedit ad illam S. Petri. Thermæ vero S. Bartholomæi vix differunt medicinali facultate ab aqua Montis ægrotorum.

Luta diversa nostrarum thermarum tot sacerulis utilia confirmata sunt a Medicis ad multos morbos: Sed ab eorum principiis destillatione habitis explicare nequimus omnes eorundem medicas facultates; quia, ut supra vidi mus, idem ab iis extrahitur, quod ab humo, seu terra communi obtinuit Urbanus Hierne: Lotionibus tamen variis aliquid salis neutrius simile illi Thermarum,

Z

ali-

(a) *Thermarum Patavinarum examen. cap. 7. pag. 142.*

aliquid ferri habuimus, quibus si addas principia destillationis ope extracta, calorem ipsorum lutorum, aquam thermalem ipsis unitam, & hæc proportione diversa in lutis existentia, aliquo modo concipere possumus ipsorum vires in humano corpore: Nam luta eo calore fibras nimis rigidas laxant, perspirationem promovent, & cum parte oleosa abundant, v. g. in luto S. Bartholomæi, magis solida emolliunt; si ferro, ut in luto S. Petri, S. Helenæ, & Montis ægrotorum, ea corroborant; deinde quod aqueum est ab inhalantibus cutis poris absorptum unà cum sale, & marte crassos humores incidit, qui partim aucta perspiratione exeunt e corpore, & partim libere cum reliquis humoribus in circulationem vehuntur. Luta quæ solida erigunt, & corroborant, novas liquidorum stases impediunt. Igitur profundunt Luta ad partes induratas emolliendas, ad exsiccandas, discutiendas, solvendasque contumaces in aliquo membro impietas materias, nec non in nonnullis scyrosis tumoribus; ad amovendos infixos alicui parti dolores, denique ad articulationes roborandas, ad firmando ligamenta, & ad membra contracta extendenda. Petrus Forestus ait, ad paralysem horum balneorum lutum conducere, idque a se cum Patavii esset, & visu probatum fuisse testatur; sed aliquando eadem luta nihil aut parum profundunt in hoc morbo, si paralysis annua, aut si nimis intensa, aut nimis universalis fit.

Lutum S. Bartholomæi in emolliendis induratis partibus maximè valet; unde Baccius (a), & Jo: Bavinus,

(a) Oper. cit. lib. 2. cap. 16. pag. 78. n. 30.

nus (*a*) dicunt, lutum illud S. Bartholomæi in Pataviniis, esse in toto orbe percelebre. Luta autem S. Petri, S. Helenæ, & Montis ægrotorum magis resoluunt lenitos & viscidos humores, solidaque firmant: Illud Montis-ortoni emollit, & digerit minori tamen vi, quæ illud S. Bartholomæi (*b*).

Ochra, seu terra illa flava subsidens magna quantitate in thermis S. Petri valde præstat extrinsecus in ulceribus, & intrinsecus sæpe sanguinis expuitiones fistit.

Ut amplius facultates medicæ nostrarum thermarum pateant, ex multis observationibus Parentis mei alias peculiares selegi, quas hic breviter subjicio, ut etiam alias a Cl. Mingonio habitas.

## OBSERVATIO I.

### *Claudicatio & dolor ob femoris contusionem.*

**A**NTE nonnullos annos Vir Nobilis Hieronymus *Pasta* Patricius Venetus a currenti curru in terram impetu projectus fuit, ex quo ingentem contusionem dexteri femoris ad majorem trochanterem contraxit; quæ de luxatione femoris dubitare fecit; nam per decem menses dolore cum tumore percussæ partis, & claudica-

Z 2 tione

(a) *De thermis aquisque medicatis Europæ præcipuis. Montisbelgardi.* 1600. lib. I. cap. 13. pag. 136.

(b) *Luta Patavina etiam*

commendantur a Cel. Comite Francisco Roncallo *De aquis Brixianis examen chymico-medicalum. Brixiae.* 1724. *De Flu-*

*mine Mela.* pag. 142.

tione laboravit. Multa incassum magis convenientia adhibita fuere artis medicæ præsidia. Tandem usu luti S. Bartholomæi, & S. Helenæ unà cum balneo thermalis aquæ S. Helenæ resoluta fuit humorum stasis, quæ tumorem, dolorem, & motus læsionem articuli femoris efficiebat. His præsidiis mirabili effectu integrè & citè ad pristinam & firmam valetudinem nobilis Vir pervenit.

## O B S. II.

*Dolor ischiadicus*

**M**INIME Patavinos Cives latere potest mirabilis eventus Luti Sancti Bartholomæi in Cl. hujus Universitatis P. Professore Donulo, qui diù laboraverit ischiadico dolore, per quem fere immobilis redditus fuit, ut magna cum difficultate mediis duobus scipionibus vix gradatim se movere potuerit. Cum hoc gravi ac desperato morbo ad Thermas S. Bartholomæi ductus est: Ibi medio illius Fontis luto per hebdomadas adhibito, ablegatis, antea necessariis, scipionibus, pristinum incedendi usum acquisivit, cum aliqua, sed levi claudicatione.

## O B S. III. IV.

*Ankylosis cubiti, & manus  
propter vulnus.*

**P**OST Italicum bellum anni 1734. duo Cohortum Duces ad Thermas Sanctæ Helenæ se contulere, ut ab his salutaria beneficia susciperent. Unus ex illis ob vul-

nus

nus cum humero fracto a sclopi iectu prope cubiti juncturam, ankirosis in ipsa cubiti articulatione afficiebatur. Alter quoque manus ankirosis patiebatur propter ulnam & radium cum vulnere fractum non longe a carpo. Uterque ope benefici Luti S. Bartholomaei, & S. Helenae libertatem movendi articulum in omnes partes asscutus fuit. Isti bis in die per duas hebdomas usi sunt luto emolliente S. Bartholomaei, & per totidem dies illo S. Helenae, eodemque tempore in usu fuere balnea aquæ thermalis S. Helenae, & linimenta cum mucilagine radicum altheæ, & cum oleo lumbricorum terrestrium confecta.

## O B S. V.

*Pedis ankirosis, crure imbecilli, tumido, duro ob ipsius cruris fracturam.*

**V**IR Nobilis Petrus Tronus Patricius Venetus paucis abhinc annis in Medoaci via subverso curru cecidit magno cum impetu in terram, & a casu fracta tibia, & fibula dexteri cruris ingentem contusionem supra ossa fracta a currus rota recepit. Accitus Parens meus ad consulendum Nobili ægro, invenit illius ossa fracta, inverso pede, non longe a malleolis extra vulnus cum hæmorrhagia exposita esse. Protinus omni diligentia atque industria cum debita fracti artus extensione a ministris facta, extrema fracta in suam sedem compulit, & ad naturalem formam restituit informe crus. Debita & convenienti methodo hæc composita fractura curata fuit; ast ob ingentem contusionem facta sup puratione ei accessit abscessus, cuius sinus inter tibiam, & fibulam per

trans-

transversos digitos amplius octo ascendebat. Nihilo tamen minus morbus tam gravis & tam complicatus vinclaturis & medicamentis traumaticis, & catagmaticis sexaginta dierum cursu ad perfectam consolidationem & cicatricem pervenit: Attamen ab hoc gravi morbo crus imbecille, tumidum, durum, cum forti pedis ankilosí remansit. Quam ob rem Nobilis Æger Thermas Montis ægrotorum petiit; & ibi supra affectum crus adpositum fuit lutum emolliens S. Bartholomæi per sex, aut octo dies: Deinde per dies amplius quindecim convenienti methodo adhibitum fuit lutum resolvens Montis ægrotorum una cum balneis ipsius thermalis aquæ. His præsidiis, a Thermis, receptis, soluta ankilosí, & resolutis stabulantibus in crure humoribus Nobilis Æger pristinam valetudinem adeptus fuit.

## O B S. VI.

*Fluor albus.*

**N**O B I L I S mulier ob laboriosum partum, per tres annos affecta fuit a molesto & contumaci albo fluore, per quem licet florida gauderet ætate, infirma tamen & sterilis reddita fuit. Hinc ut morbo fortioribus præsidiis occurreretur, afflictam Mulierem Parens meus direxit ad Thermas Montis ægrotorum; & ejusdem consilio per tres hebdomas summo mane mulier sumpsit potiones duarum librarum aquæ Montis ægrotorum cum tribus unciis lactis vaccini; quo tempore mane, & vespero balneo tepido ejusdem aquæ utebatur cum convenienti tubo, ut balnei aqua libere ingredi posset per vaginam ad uterus. Mediis his balneis, & potionibus Mulier incolmis reddita fuit, & uterus protinus geffit.

OBS.

O B S. VII.

*Fluor albus, & inveterata vaginæ  
procidentia.*

POTIONIBUS aquæ Virginis ad libras quatuor , aut quinque cum guttis nonnullis tinteturæ Martis Othonis Tachenii , & balneis aquæ thermalis Montis-anionis ad optimam valitudinem Parens meus restituit Mulierem quadraginta annorum , quæ & fluore albo , & inveterata vaginæ procidentia angebatur .

O B S. VIII.

*Cachexia cum anasarcæ principio.*

NOBILIS Mulier annorum triginta quinque temperamenti pituitoso - sanguinei ob adversam valetudinem laboravit diù fluore albo cum nimia in catameniis sanguinis effusione . Multa & diversa ad compescendum & curandum hunc morbum præscripta fuere medicamenta ; sed omnia frustra , siquidem in cachexiam incidit , imo pedum & crurum oedemate cum urinæ imminutione , ad anasarcam transfire properabat . Quum tam gravis & periculosus factus esset morbus , ad Aponi thermas confugit ægra . Ibi præmissis drachmis duabus magnesiæ albæ cum drachma una tartari solubilis supra quas bibit libras duas aquæ Virginis Montis-ortoni ; ma-

ne

ne sequentium dierum per quatuor hebdomadas sumpsit libras tres prædictæ aquæ Virginis cum decem guttis tinturæ martis Othonis Tachenij : Quolibet die per integrum horam immersa jacebat in balneo aquæ tepidæ Fontis Aponi , & vespere injectiones ejusdem aquæ siphone quotidie factæ fuere . His peractis, mirabili evenitu, convaluit.

## O B S. I X.

*Phtisis.*

**A**DOLESCENS Scholaisticus temperamenti bilioso-melancolici ab intenso studiorum labore, & ab erratis in sex rebus non naturalibus, facta fluidorum dyscrasia coepit vexari a frequenti & contumaci tussi , quam sputa cruenta , hinc purulenta , cum lenta febre secuta fuere . Auto morbo , judicatum fuit infirmum adolescentem pulmonum ulcerare laborare , & jam ad secundum phthiseos gradum pervenisse : Quum inutilia fuissent multa & diversa convenientia remedia , illi ab Empirico exhibita fuit aqua Thermalis Aponi accepta a Fonte tepido , & a ferventi , de qua libras duas & tres perpotavit mane per triginta dies . Præsidio harum Aponensium aquarum abstersum , exsiccatum & consolidatum fuit pulmonum ulcus , & extincta febre , nutritio secuta est , & cum nutritione optima valetudo .

OBS.

## O B S. X.

*Sanguinis sputum cum febre, & spirandi difficultate ob thoracis contusionem.*

SUPERIORI anno Servus a cubiculo Viri Nobilis Petri Gradonici Patricii Veneti sublimiori loco cubiculi in pavimentum marmoreum cecidit, contra quod fortiter percussit partem superiorem, & lateralem thoracis: Ex quo ingentem in percussa thoracis parte contraxit contusionem cum copioso sanguinis sputo. Post duos a casu menses, quum irrita fuissent omnia præsidia & Chirurgica, & Pharmaceutica, Nobilis illius Dominus charitatis semper & pietatis plenus illum Patavium misit, ut Parens meus ei medicam opem præstaret: Invisit itaque, & saepe ac saepius observavit ægrum, qui febre, spirandi difficultate maxime noctu, & tussi cum subnigri sanguinis sputo angebatur: Perpensis omnibus morbi differentiis, præscripsit ei uncias duas mannae eleætæ solutæ in aqua Virginis Montis-ortoni; supra quam æger post unam vel alteram horam sumpsit libras duas dictæ aquæ Virginis. Sequentibus diebus summo mane per quatuor hebdomadas, bibebat libras tres ejusdem aquæ cum guttis decem aut duodecim olei ætherei terebinthinæ in primo aquæ cyatho. Ab his aquæ Virginis potionibus prodigiæ instar ab omni pectoris affectione penitus solutus fuit, & adhuc optima valetudine fruitur.

A a

OBS.

## O B S. XI.

*Anasarca.*

**A**NNO 1758. R. P. Petrus Maria Camulus ex ordine Minoris Observantiæ Sancti Francisci, anno rum quinquaginta circiter, temperamenti bilioso-sanguinei, & laudabilis corporis habitus, ob violenta animi pathemata incidit in affectionem hypochondriacam, & in asthmaticam convulsionem, quæ per intervalla illum affixit; dein in continuam Orthopnœam abiit, quam constipatis urinæ viis anasarca secuta fuit. Multa & diversa medicamenta & magis convenientia pro curatione hujus morbi adhibita fuere, sed absque effectu. Tandem exulceratis tibiis ab acribus seris, diversis in locis, copia lymphæ jugiter exire coepit, quæ salino suo acore ingentes & urentes dolores in omnibus exulceratis partibus excitavit. Cum hæc lymphatici humoris egestio per exulcerata crura sine conferentia fuerit; potiones aquæ Virginis Montis-ortoni ad libras tres, & quatuor cum oleo æthereo terebinthinæ Parens meus præscripsit. Ast vix assumpta potione, fere tota epota aqua per exulceratas crurum vias exibat, & hoc quolibet mane per diversos dies contigit. Aucta deinde potionis aquæ Virginis quantitate usque ad libras octo, tunc major hujus thermalis aquæ copia urinæ vias aperuit, ut non solum per has urinæ vias exiverit epota aqua, verum etiam lymphaticus morbosus humor, & tanta quantitate exivit, ut paucorum dierum cursu omnibus peccantibus humoribus egestis ad pristinam valetudinem, contra non-nullorum expectationem, redactus fuerit.

OBS.

O B S. XII.

*Febris celtica cum ozæna & artuum doloribus adbuc post mercurii usum.*

**M**ULIER triginta annorum temperamenti lymphatico-sanguinei, laudabilis corporis habitus lue celtica laborabat cum ozæna & artuum dolore. Post iteratum usum mercurii, aliorumque remediorum incidit in lentam febrem cum vigiliis, cum apepsia, & nutritionis defectu. Tempore Caniculae se Patavium contulit, consilio etiam Celeberrimi Morgagni, & ei potiones aquæ Virginis ad libras duas, tresque Pater meus præscripsit: Potiones hujus parvæ quantitatis aquæ principio exhibitæ cum unciis duabus manna electæ alvum blande duxerunt; hinc fluxu exiere per urinæ vias, excitando universalem corporis madorem, & per epicrasim purgando. Ab his felicibus aquæ egestionibus Mulier somnum, appetitum, & nutrimentum suscepit; & sensim sensimque artuum dolores una cum febre evanuere, & mediis ablutionibus aquæ tepidi Fontis Aponi abstensa & munda redditæ ozæna fuit; & usu ipsius aquæ omnes exulceratæ partes ad consolidationem pervenere.

O B S. XIII.

*Pthysis.*

**M**AGNUS & generosus Mercator annorum quadraginta circiter, temperamenti pituitoso-sanguinei, laudabilis corporis habitus ob errata in sex rebus nonnaturali-

bus, & maxime in animi pathematibus, & in assidua mentis defatigatione incidit in adversam valetudinem; ob quam diù inordinatis & copiosis hæmorrhoidum, & nocturni sudoris excretionibus obnoxius fuit, nec non frequentibus diarrhœis, quibus accessere molesta & frequens sicca tussis, & cruenta sputa cum pulsu frequentiori, & nutritionis jactura. Hæc omnia incrementum suscepere, & dum deteriora minarentur, Patavium devenit. Hic post convenientem analepticorum medicamentorum usum Pater meus præscripsit aquam Virginis Montis-ortoni cum lacte, de qua libras tres cum paucis latitis unciis quolibet mane sumebat. Usus hujus aquæ thermalis pedetentim retardavit diarrhoeam, inordinatas hæmorrhoides, & morbosos sudores curavit: Ex quo evanuit tussis, & sanguinis sputum; & demum nutrimentum, robur corporis, & vividus faciei color redierunt.

## O B S. XIV. XV. XVI.

### *Hæmorrhagiæ.*

**S**UPERIORI anno mirabilem effectum aquæ Virginis vidi pro fistendo sanguine in tribus Religiosis, qui hæmorrhagiis laborabant. Primus e *Capucinorum* ordine Mutina Patavium venit ad bibendam Virginis aquam. Erat hic hæmophtoicus, & præter sanguinis copiam, quem violenta tussi expuebat, continua capitidis gravedine cum cephalæa cruciabatur. A potionibus aquæ Virginis ad libras quatuor mane in singulos dies, perque viginti dies liberatus fuit a capitidis gravedine, a cephalæa, nec amplius sanguinem expuit.

Secundus pariter *Capucinorum* ordinis erat, temperamen-

menti bilioso-sanguinei, habitus corporis gracilis, & nondum attigerat trigesimum annum, laborabat hæmorrhagia pectoris, quæ sæpe illi contingebat. Convenienti methodo sumpsit potionem aquæ Virginis ad tres libras cum lacte per quatuor hebdomadas, & sanus evasit.

Tertius Sacerdos secularis angebatur dysuria cum sanguineo mictu, post phlebotomiam, & usum conservæ Cassiae Donzelli transivit ad Montem-ortonem, ut ibi biberet aquam Virginis, quæ sumpta fuit per viginti dies quantitate sex librarum, & a gravissimo morbo convaluit.

## O B S. XVII.

### *Rheumatismus inveteratus.*

**R**: P. PAULUS *Amizza* Minoris observantiae Sancti Francisci Spalato Aponum delatus fuit pro amissa adipiscenda valetudine. Laborabat ille jam diù gravissimis articulorum, muscularumque rheumaticis doloribus, qui immobilem illum reddiderunt. Sumpsit potionem aquæ Virginis per tres hebdomadas, eodemque tempore supra affecta & dolentia membra appositum fuit Montis ortoni lutum, cuius iterato usu unâ cum balneis ejusdem aquæ, & laconici auxilio, liber evasit a doloribus cum motuum omnium libertate, & integre convaluit.

OBS.

## O B S. XVIII. XIX. XX.

*Hydrocele, Hydrocephalon, &  
Amavrosis.*

**U**s aquæ Aponi nonnullos aquosos tumores, nec non puerorum hydroceles, & infantium hydrocephalos perfecte & brevi temporis curriculo Parens meus sanavit; ut Filium primogenitum Domini Marchionis Elensis Silvatici, & nuper Filium mercatoris Saloni. Lutis, balneis, stillicidiis, hypocaustis harum Thermarum contumacissimos phlegmaticos, & cedematosos tumores resolutione exsiccavit. Per multas quoque paralyses ob hemiplegias productas lutis, balneis, stillicidiis in omnibus his Thermis feliciter curavit. Principia oculorum suffusionis, myopiæ, ac amavrosis medio stillicidio, & balneo aquæ fontis Aponi, & Montis ægrotorum, una cum potionibus aquæ Virginis soluta & sanata vidit: Quod etiam superiori anno feliciter evenit in D. Francisco Planck Boemo. Vir iste annorum quadraginta circiter, temperamenti sanguineo-bilioſi propter gravem oculorum morbum Tergesto Patavium se contulit, ut hic opem a Chirurgia fusciperet; nam excogitatum fuit eum cataracta laborare; ast per pensis omnibus affecti oculi differentiis facile agnitus est illius morbum non esse cataractam, sed myopiam conjunctam cum amavrosis principio, morbum, ut plurimum, incurabilem: Nihilo tamen minus illum ad Thermas Montis ægrotorum Parens meus misit, & rogavit Cl. D. Doctorem Mingonium, qui Thermis illis præest, ut ipse sequenti methodo ægrum curaret. Primis diebus ducenda est alvus

me-

medicamento; hinc summo mane per viginti & plus dies bibendæ sunt libræ quatuor aut quinque aquæ Virginis Montis-ortoni cum spiritu salis dulcis, aut cum oleo æthereo terebenthinæ; eodem tempore convenientibus matutinis horis utendum est stillicidio supra oculum, supracilium, frontem, & verticem cum aqua thermali Montis ægrotorum: Vespare reiterandum est stillicidium, aut stillicidii loco fovenda est tota pars affecta chamæmeli decoctione: Ad medietatem hujus curæ incidenda est vena jugularis, & detrahendæ sunt octo, aut decem sanguinis unciæ. Post usum aquæ Virginis commendavit ut diù quolibet mane sumeret æger pilulas duas træve ex gummi ammoniaco cum millepedum pulvere simul cum tribus aut quatuor granis salis volatilis viperæ confectas, suprabibendo cyathum decoctionis ligni sassafras.

Hæc omnia peracta fuere a Cl. Mingonio, & sensibiliter mediis his præfidiis immobili pupillæ liber motus dilatationis & constrictioñis redditus fuit, necnon retinæ, aut nervo optico naturales suæ restitutæ fuerunt functiones, & sic æger videndi facultatem adeptus fuit.

Sequentes observationes conscripsit ipse Cl. Mingonius.

## O B S. XXI.

### *Atrophia & semiparalysis in crure ex Vulnera.*

\*\*\* **N**O B I L I S & generosus Legatus Comes Nicolaus Melz Colloredo Goritiensis, jam quadragenarius, temperamento sic satis robusto, rigidaque textura, in acerrima illa pugna, quæ fuit inter Exercitus Augu-

stissi-

stissimæ Reginæ Hungariæ, & Regis Borussiæ die 18. Junii anni 1756. ( ut ajunt ) sclopeti ieius fuit in cruce dextero ad latus externum paulo infra genu. Pila tormenti ex interiori parte exiens ossa intacta reliquit. A Chirurgis variè tractatus cum in lecto per menses decubuisse, morbusque jam fere ad cicatricem pervenisse crederetur, ut e lecto paulisper surgeret præscriptum est. Quod primum crus leniter in terram defixit atroci de repente oberto cruris dolore in animi defectionem incidit, cuius doloris caussam Chirurgi in ipso vulnere attentius perscrutantes oblongum sinum ad maleolum usque externum invenerunt. Imperata totius sinus sectione, & medella juxta artis præcepta instituta, post plures tandem menses vulnus ad cicatricem perductum. Sanato vulnere, non ideo sanatum crus; sed brevius ad sex circiter transversos digitos, licet nulla unquam in ossibus laesio apparuisse, ad motus ineptum erat omnino: præterea totius cruris notabilis emaciatio, & rigiditas, ita ut in assidua contractione permanens, cum totis viribus distendi conatur, summi solum digiti in terram defigerentur. Variis incassum tentatis auxiliis, ad Thermas Austriacas (*Baden* vulgo nuncupatas) se transtulit, quas ad duos integros menses expertus, cum nihil omnino profecisset, Patavinæ Thermæ propositæ sunt, quæ cum contrarias subirent nonnullorum Clarissimorum alioquin Medicorum opiniones, hæsit animo Vir Nobilis quamnam potius ex contrariis sequeretur: aliqui enim multum damni, alii multum juvaminis ex hisce Thermis secuturum promittebant. Vicit istorum opinio; at multum temporis in eventilandis Medicorum controversiis insumpsit, nec ad Fontes nostros nisi ad finem Augusti anni 1758 potuit accedere. Ritè igitur prius præparato corpore, cum scalas subire non sine maxima difficultate posset, quantum-

vis

vis machinis, & servis ab utroque latere sustentaretur, i lumen Sancti Bartholomaei per horam in cubiculo apponi jussi. Ea hora vehementissime sudabat, idcirco juculum quotidie administratum, deinde in vase ligneo aqua Montis Aegrotorum pleno crus totum per dimidium horae immersum, qua immersione copiosus quoque manabat sudor, tum dein lecto detentus donec & cessaret sudor, & color faciei valde ruber ad naturalem redactus circulantium humorum impetum sedatum significaret. His quotidie peractis, aptoque ceterarum rerum regimine die sexta sensibilis levaminis indicia apparuerunt, quae in dies manifestiora perfectam curationem promittere videbantur. Sed cum ad medium Septembribus perventum, declinante Autumno, pluvia, & frigida enata tempestate, nihil amplius hisce remediis insistendum suasi; plus enim damni in tali aeris constitutione, quam commodi securum, & quidquid aegritudinis superesset in proximam aestatem curandum transferret. Ut in omnibus, ita in hoc religiose obediens fuit. Discessit ergo sed crure fere perfecte nutritio, & longiori ita facto, ut ad eundem alterius longitudinem tantillum adhuc deesset. Calcaneum in terram cum aliquo tamen difficultatis sensu poterat defigere, solusque & leniter deambulare, & scalas ascendere, ac per ipsas descendere non servis, nec machinis, sed solius baculi adjumento suffultus. Elatiorem calceum ad tollendam claudicationem sibi procurandum per hyemem statuerat; at ne id faceret, auctor fui; in diurna enim contractione si tendines permanissent, rigidiores facti non amplius perfecte distendi possent. Domum reversus meliora omnia in ipso hyeme expertus, anceps habebat saepe strenuus Vir num rursus ad Thermas redditurus esset, cum perfecte valere tum sibi, tum suis amicis videretur: Rediit tamen ad initium Augusti subsequentis

annis, & per duas integras hebdomas ipsissimam anteroris anni curationem institui, hoc tantum discrimine, quod praecedenti anno ob summas descendendi per scalas difficultates pediluviiis tantum utebatur ex aqua Montis ægrotorum, postero vero anno quotidie solus, & totus, cum viribus polleret, in balneum descendebat. Sumpit præterea singulis diebus aquam Montis-ortoni in moderata tamen dosi, quæ mirum in modum urinas, & alvum ciebat. Ex quibus multo plus roboris adeptus perfecte sanus discessit. Anno rursus insequenti, quoniam per hyemem aliquantulam cruris rigiditatem quandoque expertus erat, & tunc maxime cum a longo tempore sedens immotum crus detinuerat, simillime proximi anni curationi se subjecit, qua totum curationis opus perfici visum est. \*

## O B S. XXII.

### *Rheumatismus inveteratus.*

\*\* **M**ARCUS Tripovich Dalmata ex infantia variis rheumaticis doloribus in artibus maxime affligebatur, qui crescente ætate & in maritimis itineribus adeo increverant, ut decimum septimum agens ætatis annum neque sic satis deambulare, neque manibus quidpiam satis firmiter apprehendere posset. Temperamento erat alioquin robusto, & ultra ætatem prægrandi statura. Dolores per intervalla recurrebant, quotidie tamen affligebatur, & quandoque cum extremorum tumore, & tremore, colore cutis nihil mutato. Die 14. Julii anni 1758. ad me missus, ut, si mihi videretur, Montis ægrotorum balnea, & Iutum in ipso experirer. Præmisso Ca-

thar-

thartico primis sex diebus, bis in die in balneum immittebatur ad cervicem usque: incredibilis manabat sudor, cum satis esset in reliquis robustus, ideo balnei calor quotidie intendebatur. Septima die mercurialibus pilulis purgatum corpus, idque semel in hebdomada repetere non dubitavi, qua die tamen purgabatur, ab aliis remediis prorsus se abstinebat. Die octava praescripsi, ut lutum S. Bartholomaei artubus modo, modo dorso, & lumbis applicaretur; quoniam vero illius luti calor etiam in proprio fonte valde tenuis est, jussi ut lutum ipsum in vase probe clauso immergeretur ad sex horas in fonte Montis ægrotorum, sic enim hujus fontis calorem adipisceretur. Postquam per horam lutum sustinuerat & jam bene sudaverat, sudans adhuc in balneum descendebat, unde exiens se in lecto per horam sudore perseverante, detinebat. Hac methodo usque ad diem duodecimam usus non solum nihil proficere videbatur; sed doloribus & saepius & atrocious recurrentibus, recuperandæ valetudinis omni spe sublata, abiisset æger, nisi admonuissem ipsum symptomatum augmentum in horum remediorum usu proximæ sanationis frequenter indicium esse. In proposito igitur confirmatus, luto Montis ægrotorum uti coepit eodem prorsus modo, quo utebatur luto S. Bartholomaei, ex quo sensim melius ita se habuit, ut 28. curationis die benè & perfecte valereret in omnibus; potuit enim ea die sex millia passuum continuato gressu perficere, solusque equum saltu ascenderet sine laetitudinis sensu. Postremis quatuor diebus lutum S. Petri Montis-anionis praecedenti substitui, utpotè quo maxime corroborari, & adstringi partes existimantur. His peractis sanum & robustum dimisi.

## O B S. XXIII.

*Paralysis in manu.*

\*\* **R**USTICUS quidam Rhodiginus, nomine Antonius *Furin*, quadraginta annos natus, adusta rigidaque fibra, nulla quod ipse sciverit prægressa externa cauſa ante duos annos paulatim paralyticus fieri in manu dextera cœpit. Ex ipso ortu adeo increverat morbus, ut intra duos menses infensibilis omnino & immobilis redderetur manus: progressu temporis non solum frigida, sed & summopere emaciata erat, digitique omnes ita in pugnum erant inflexi, atque, ut ita dicam exficiati ut non mediocri vi opus esset si pauxillum extendi conarentur. Ad medium Augusti anni 1758. ad Thermas Montis ægrotorum se transtulit, eleemosynam & misericordiam implorans, impotens manu nullo modo valens sibi victum procurare. Suscepi hominem, atque omnem operam animumque converti, ut si quid in hisce affectibus ex Patavinis Thermis sperandum esset, miserimus iste experiretur. Lenissime prius purgato corpore, convenientibus alimentis nutriebatur, cum esset jam a longa inedia emaciatus æger. Quotidie manè decoctum ex salvia, & roremarino in aqua minerali ipsius Fontis propinatum additis guttis aliquot spiritus Cornu Cerui succinati, quo epoto post horam iuſculum sumebat cum ovi vitello, deinde ad jugulum usque in balneum detinebatur ad horam: Statim a balneo totum brachium in lutum S: Bartholomæi immitebat ad aliam horam. Primis diebus non adeo sudabat, licet balnei, & luti calor non esset exiguis. Elapsis quinque diebus, quibus semel

tantum , bis quotidie luto & balneo uti cœpit ; copiosus tum sudor apparuit . Hac methodo usque ad decimum quintum diem per ventum , nullo alio futuræ sanationis argumento , nisi quod mollior esset manus , mollioresque digiti . Tunc lutum Montis ægrotorum priori substituendum præscripsi ad dies itidem quindecim . Quod primùm lutum hoc apponi cœpit , quidam obscurus licet motus in digitorum extremis articulis apparuit , qui quotidie sensibiliter increscendo , vel maxime apparebat ab ipso statim luti appositu , vel ad finem balnei . Manus non amplius frigida adeo nutriebatur , ut ad naturalem nutritionem breviter perduci posse spem exhiberet . In horum remediorum usu vix quadragesimus advenit dies , ut omnia ad naturalem statum redacta , integrum sanationem demonstrarent manifestissime ; nisi quod debilitas aliqua restaret adhuc in parte affecta , ad quam tollendam lutum S. Petri Montis-anionis præscripsi bis in die per hebdomadam , non neglecto tamen balneorum usu , quibus omnibus adeo sanus evasit , ac si nullo umquam morbo in manu laborasset . In sequenti anno me salutatum venit : Interrogatus num quid novi per hyemem in manu animadvertisset , se perfecte semper valuisse , & valere respondit . Multa fuere in hoc morbo administrata , & sicut omnibus tribuenda est curationis laus , ita cui potius ex singulis adscribenda sit ? non facile determinaverim . Vis balnei , & luti mineralis eximia in hisce affectibus si cui cognita est , mihi certe pluribus observationibus est perspectissima ; at methodus utendi , ordo , dosis , caloris gradus , non ne tribuere multum possunt ad ipsorum remediorum vires alterandas ? Salviæ , & Rorismarini theiforme decoctum quam utiliter in nervorum affectionibus usurpatur ; at hoc ipsum decoctum quanto efficiens redditur , si ex ipsa minerali aqua Montis ægro-

torum

torum paretur, cum constet purgantia omnia in ipsa dis-  
soluta copiosius & frequentius alvum subducere, ita ut  
si in ea aqua dissolvantur, multo minori dosi propinan-  
da sint, nisi enormem catharsim subsequi velimus: Opti-  
ma demum nutritio ex exquisitis, & valde nutrientibus  
alimentis in corpore inedia & pravis cibis male tractato  
quantum valuerit in hac curatione, iis facile innotescet,  
qui nerveas affectiones ex recta, vel prava chylificatione  
provenientes rite perpenderint. \*

## O B S. XXIV.

*Hæmorrhoides cæcæ.*

\*\* **A**NTONIUS *Biscazzæ* Nobilis Rhodiginus consi-  
stentis ætatis, sanguineo temperamento præditus, acu-  
tis morbis non raro correptus, vino, spirituosisque liquo-  
ribus minimè indulgens, temperatus in omnibus, nisi  
quod salitis carnibus, & aromatibus conditis, vel fumo  
induratis plus, quām par effet, uteretur, hæmorrhoi-  
dum doloribus paulatim obnoxius factus est. Per quin-  
quennium adeò increvit morbus; ut mortem libentius,  
quām atrocissimum morbum sustulisset. Hæmorrhoides  
tam internæ, quām externæ ita intumuerant, ut po-  
stremis potissimum temporibus ne specillum quidem in  
anum immittere possent Chirurgi; idcirco quotiescum-  
que fluebat alvus ( licet quotidie uncia floris cassiæ lu-  
brica servaretur ) per sex, vel octo horas, & aliquando  
ad dies in lecto se detinere cogebatur acerbissimis vexa-  
tus doloribus: Vitæ tam miserrimæ exitum sibi saepius,  
ut ajebat, furibundus procurasset, nisi eximia ejus pie-  
tas anxium cruciatibus animum sustinuisset. Toto morbi

de-

decurso exadissimam vivendi rationem secutus est. Vino abstinebat prorsus, cibi erant temperati, & ad digestio-  
nem faciles, moderatus motus, moderata omnia. Singu-  
lis ferè mensibus binas sanguinis missiones sustinuit, &  
remedia quod attinet, ea omnia in usum revocavit, quæ  
a peritis Medicis proponebantur. At morbus non solum  
remissionis nihil, sed plurimum incrementi sensim capie-  
bat. Patavium tandem desperatus ferè pervenit, ut Præ-  
clarissimi Viri, & Celeberrimi Chirurgiæ Publici Pro-  
fessoris Hieronymi Vandellii consilio uteretur. Attentè  
perpensis omnibus, examinata quoad potuit dolenti parte,  
latentis fistulæ se obtulerat suspicio, at interrogato ægro  
an unquam puris guttulæ ex ano apparuissent, eodem  
que respondentे observatas fuisse nunquam, præsentis fi-  
stulæ evanuit timor, quamvis futuræ non deesset argu-  
mentum. Quapropter in eo Vir Clarissimus auctor fuit,  
ut æger domum redditus, præmissis generofioribus venæ  
sectionibus, quotidiè mane uncia floris cassiæ uteretur, nè  
indurescentes feces majora in egrediendo tormenta exci-  
tarent; uteretur præterea refrigerantibus & humectanti-  
bus decoctionibus & emulsionibus, a clysteribus abstine-  
ret, externisque hæmorrhoidibus aliquando frigidissimam  
aquam, quandoque verò glaciem apponeret, quæ omnia  
nisi votis respondissent ad Montis ægrotorum Balnea se  
transferret, ibique præter immersiones etiam illius mine-  
ralis aquæ potum experiretur. Prioribus adhibitis in Pa-  
tria remediis nihil omnino profecit. Pervenit ergo ad su-  
pradiestos Fontes circa finem Augusti anni 1760., morbo,  
& itinere vexatus valde, neque ea die sedere unquam  
potuit. Postridie libram unam calidæ aquæ Montis ægrotorum  
potandam exhibui, efficaciorē redditam infusione  
unius unciae salis ex eadem aqua extracti: Hæc post horas  
septem mediocriter bis subduxit ventrem: Dolores hæmor-

*A3*  
rhoi-

rhoidales acerbi excitati sunt in dejectionibus, non tamen tanti ut Nobilis æger lecto detineri cogeretur. Quinque horis circiter a prandio in balneum descendit satis calidum, ibique multum sudabat, postea lecto decumbebat, donec cessaret sudor. Vespere, & nocte supra dolentem partem spongiam detinebat eadem minerali aqua, sed frigida imbibitam. In sequentibus diebus bis balneo utebatur per horam. Quotidie mane dosis potandæ mineralis calidæ aquæ una libra augebatur usque ad octavum diem, ex quo quotidie una pariter libra imminuebatur. Aqua ista primis diebus alyps servabatur laxa, cæteris sic satis, cum major ejus copia urinæ vias teneret. Vel primis ipsis diebus multum levaminis animadvertisit æger; at die tertia cum quasdam veluti puris guttulas in inducio observasset, affligebatur valde fistulæ suspicione, quæ quidem sensim evanuit, cum continuo imminui morbum sentiret, nullasque exinde maculas conspexisset. Quarta die binas sanguinis libras detrahi jussi, ex quibus, cum esset jam a longo tempore assuetus, ne minimum quidem debilitatis sensum animadvertisit. Post duas tandem hebdomadas perfecte sanus discessit. Domum reversus ea ipsa minerali aqua aliquando usus est ad præservationem tantum, non ad curationem, ex quo enim convaluit, nullum usque ad hoc tempus, ut ex ipso scio, prægressi morbi insultum perfensit. \*

CA.

## C A P U T VI.

## Methodus pro usu Thermarum Patavinarum.

**I**N usu Thermarum agri Patavini pro curandis morbis, non solum eligenda sunt præsidia magis convenientia ad absolvendas proprias morborum indicaciones; verum etiam justa & convenienti methodo adhibenda sunt; nam ob methodi defectum inutiles nonnumquam, & aliquando etiam nocentes tam salubres Thermæ redduntur. Qua de re necessarium duxi de methodo ipsa in præsentia rerum verba facere.

Locus idoneus in usu harum aquarum certe est ad ipsarum scaturigines; attamen cum aqua Aponi, ut observavi, diù suum calorem servet, ita ut Patavium translata adhuc 46. gradus caloris retineat cum Thermometro Reaumuriano, Venetas item, & Vicetiam adhuc calida vehatur; suas vires alibi quoque retinere potest, quousque suum naturalem calorem non omnino amiserit; frigefacta vero odorem sulphuris, & multum *spiritus æthereo-elastici*, seu *aeris superabundantis* deperdit, illiusve vires fægnores evadunt; quippe *spiritus ille æthereo-elasticus* activiores reddit aquas medicinales.

Si hæ calidæ aquæ longè a fonte translatæ & frigefactæ sint; & si eis cum igne calefactis uti aliquis vellet pro balneo, aut potu, scire oportet, hoc modo fere omnem *spiritum æthereo-elasticum* amittere; ideoque vir-

tus istiusmodi balnei, aut potus minus efficax remanet.

Potus quidem earumdem aquarum, & maxime aquæ Virginis institui quoque potest in longinquis Regionibus, si unicuique cyatho hujus aquæ aliquot guttæ spiritus salis dulcis, aut vitrioli, aut acetii destillati addantur, quia sic in aqua *spiritus - æthereo elasticus* segnior extollitur; quare aqua hoc modo epota fere eosdem effectus producit, ac ad ipsius scaturiginem. Hæc Virginis aqua calida aut tepida pro potu sumpta eo melior & utilior est, quam frigida, quia facilius venas penetrat, & per canales solida corporis constituentes excurrit.

Luta apponi possunt etiam longè a Thermis, ut Patavii, & ultra; cum optimè clausa & industria delata per diversas horas naturalem suum calorem servent; ast cum præter lutorum usum valde prosint balnea, aut stolidicia, ideo melius est prope ipsos Patavinos Fontes illis uti.

Anni tempus favens, & magis propitium pro usu nostrarum Thermarum, erit calida tempestas, in qua aer serenus, ut plurimum, & siccus est, quæ habetur saepe ac saepius a fine mensis Maij usque ad medium Octobrem; sed ut animadvertisit Benedictus Sylvaticus (*a*).

„ Neque negotium facessit anni tempus frigidum, dum , urget affectus. Potest enim aer arte temperari, si cù biculo conclusus degat patiens, qua lege, mense et „ iam Januario aquas B. Virginis exhibuimus. „ Et Andreas Baccius (*b*) hæc quoque dicit, quod suo tempore Florentini Medici hyeme etiam convalescentibus suis e longo morbo, vel etiam febriculosis vel segnibus præscribebant

pur-

(a) *Cent. 3. consul. 68.*

(b) *Op. cit. lib. 3. cap. 2.  
pag. 101. n. 50.*

purgationes aquis thermalibus maxime aquæ Tettucii . Unde omnibus anni tempestatibus nostras aquas ægri adhibere possunt non solum in potu , verum etiam in balneo , si in cubiculis tepefactis ægri morentur , & a rigidiore aere se defendant . Ad rem facit historia notatu digna a Gregorio Morello (a) desumpta . Retulit Chirurgus quemdam rusticum mense Decembri tum paupertate , tum ingenti frigore cum se videret circumseptum , fame potius , quam frigore emori sibi in animum induxisse . Quamobrem in Aponense balneum ægrotorum ingressum , in eo die , noctuque ad mensem Julium remansisse . Cum autem vellet e balneo exire , maximis doloribus excruciatatur , ita ut se mori clamareret : dormiebat in balneo , bibebat ex ea aqua , panem in ea madefactum comedebat . Tandem mense Julio , cum maximi æstus extarent , cum coepisset paulatim exulcerari , demum evasit omnino , & sanus remansit . De quodam alio etiam retulit , qui per quatuor menses pariter in eodem balneo commoratus est . Hac ille . Quæ vera , an falsa sint ? ipse viderit .

Horæ autem magis convenientes & idoneæ pro aquarum potu , pro balneis , stillicidiis , lutis , & laconicis , sunt matutinæ , vix post Solis ortum , ut temporis spatium remaneat pro prandio , somno , & quieti ; nam operatio nostrarum aquarum tribus aut quatuor horis persæpe absolvitur . Post somnum , aut postmeridianam quietem , confecta integra ciborum digestione , iterare licet usum harum Thermarum in iis , quibus urget necessitas propter antiquos , & contumaces morbos : Vespre tamen temperatè , & minori dosi adhibendæ sunt quam mane .

C c 2                    Quod

(a) *De aquis medicatis agri Patavini. Patavii. 1568.*

Quod attinet ad moram in balneo. Cum ejus gradus caloris s<sup>e</sup>pe sint 27., aut 30. secundum Reaumurianum Thermometrum, æger per horæ spatium in eo morari potest; sed quidam ægri nimis debiles neque tot caloris gradus, neque tam longam ferunt moram; unde ingrediantur balneum ad 24. gradus calidum, atque per semihoram in ipso duntaxat maneant. Stillicidia, injectiones, & illutamenta per horam continuare sufficit. Laconicum autem vaporosum cum nimis calidum sit, oportet ejus calorem temperare a gradibus 30. usque ad 34. Ther: Reaum: & sic ægri eo uti fere per horæ spatium queunt; & ubi nimis calidum, minus morandum est. Potus tamen aquarum, ne vomitus accidat, usque ad unam vel alteram horam protrahi convenit, ut paulatim & partitis vicibus tota illa aquæ quantitas sumatur a Medico præscripta.

In his Thermarum præfidiis pro morborum diversitate plus aut minus insistendum; quare in morbis, qui haud difficile sanari possunt, per sexdecim aut viginti dies: In morbis vero antiquis, refractariis, & contumacibus aliquando quadraginta, aut sexaginta dies; in his nonnumquam opus est ad nostras Theras redire per duas aut tres vices, cum morborum levamen appareat.

Balneum non eadem in omnibus methodo adhibendum est; nam in quibusdam membrum duntaxat immergendum; modo pediluvia, aut semicupium instituendum; modo immergendum est corpus usque ad umbilicum, aut ad scrobiculum cordis; modo usque ad mentum; modo præter totius corporis immersionem, caput ipsum abluendum, & fovendum media spongia.

Aqua in stillicidio non semper guttatum, aut imbris forma affectam partem percutere debet; sed plerumque per tubum copia, & impetu, aut per tres quatuorve tu-

bos

bos descendendo ab altitudine trium aut quatuor pedum fortiter infirma membra concutere debet.

Injectiones thermalis aquæ convenienti tubo , aut siphone faciendæ sunt , majori , aut minori aquæ quantitate pro partium diversitate , pro qualitate morbi , & symptomatum , & pro ætate , temperamento , & viribus ægrotantis .

Luta vero supra totam affectam partem sæpe ac sæpius ultra pollicis crassitatem apponenda sunt .

Salis harum Thermarum drachmæ sex aut decem satis abundè & blandè alvum ducunt . Sulphur Aponi ad curandam imbecillitatem , & nonnullos pectoris morbos a scrupulo uno ad drachmam semis cum recenti butyro vaccino præscribendum est . Terra illa Aponi *Lacti Lunæ* simili , eadem dosi , qua aliis terreis absorbentibus , utatur . Tophi fontis Aponi , & S. Helenæ calcinati in subtilissimum pulverem redacti ad detergenda , & exsiccanda ulcera superponendi ea quantitate , quæ convenit protegenda ulcerum superficie .

Qui harum Thermarum balneis , aut lutis , aut stillicidiis , aut hypocauftis utuntur , sæpe magno cum emolumento aquam Virginis Montis-ortoni eodem tempore bibere possunt , ut citius , & facilius morbi expellantur . Quo tempore nonnumquam in contumacioribus morbis vespere maximè sumendæ sunt pilulæ ex gummi ammoniaco cum Millepedum pulvere , & sale volatili Viperæ , aut cornu Cervi , aut succini confectæ , superbibendo cyathum decoctionis ligni sassafras , aut guajaci , aut sarsæ Parillæ , aut alia remedia aperitiva , deobstruentia , resolventia , ac discutientia .

Quantitatem aquæ , quam unusquisque bibere debeat , tam facile decernere haud possumus ; nam quantitas defumenda est a morbi qualitate , ab ægri temperamento ,

ab ætate, a viribus. Hic omittimus regulas quasdam generales, quæ apud antiquos aquarum Scriptores leguntur: Siquidem satis erit, aquæ quantitatem gradatim quolibet die augere, donec illam stomachus sine labore & nausea ferat, & vis systaltica cordis æquè benè sufficiat ad aquam movendam, & expellendam per naturalia corporis emissaria. Apud nos tamen sequens regula in præbendis his Thermalibus aquis invaluit: Prima die qui bibunt has aquas ut plurimum assumere solent duas aut tres aquæ libras, cujus quantitas quolibet mane augetur usque ad septem, aut octo & ultra etiam; & per tot dies sumenda est thermalis potio, quo usque absumpta sit quantitas centum viginti circiter librarum aquæ.

In morbis autem capitis, oculorum, pectoris, in nonnullis chronicis affectionibus, & in iis, qui hæmorrhagiis obnoxii sunt, tres, aut quatuor solum aquæ libras præscribimus, & hoc, ne aqua quantitate in infirma solida impetum faciat, & ut mixta cum sanguine reiteratis circuitibus totam humorum massam fluidiorem reddere, & minima solidorum vasa facilius permeare possit.


Cæterum regulas quasdam seu canones, sicut Antiqui loquuntur, mox in medium afferam, ut saluberrimi effetus, & optima valetudo a nostris Thermis obtineantur. In gravi & difficiili morbo antequam æger ad Therma veniat, diversa ei primo tempore præsidia a Pharmaceutico, & Chirurgico penu deprompta prescribenda sunt, pro ut ab hoc, aut ab illo morbo fuerint indicata: Quare præter alterantia, aut cathartica, modo serum lactis, decoctiones, & succi ex cichoreaceis plantis, aut antiscorbuticis expressi præscribendi sunt: Modo decoctiones ex plantis & radicibus resolventibus, aperitivis, deobſtruientibus, & diureticis, quibus sales nitroſi, ammoniacales, polycresti adjungendi sunt, aut faponacea remedia, aut

tere-

terebinthinata , aut ammoniacalia cum millepedum , vel lumbricorum terrestrium pulvere ; modo jura viperata , gelatinæ , & jura dulcificantia more Septalii ; modo decoctum stibiatum Pomponatii , seu alia decocta diaphoretica ; interdum mercurialia ipsa sunt adhibenda : Præterea diversa Chirurgica præsidia erunt in usu . Hinc ad imminuenda & derivanda fluida (a) , ad compescendum *orgasmum* spirituum animalium , & solidorum erethismum phlebotomia est instituenda (b) , & iteranda pro ut indicata fuerit ; apponendæ sunt quandoque cucurbitulæ , aut hirudines , nec omittenda sunt enemata . Et pro diversitate læsionum solidarum partium inunctiones , & linimenta sunt facienda , aut fatus & balnea ex emollientibus & resolventibus plantis ; aut cataplasma , aut emplastra & cerata emollientia , resolventia , & di scutientia sunt superponenda .

Quum æger ad Thermas venerit ad bibendam aquam Virginis , aut aliorum Fontium prima die , & summo mane sumere debet uncias duas aut tres mannae electæ solutæ in aqua violarum aut cichoreæ , vel loco mannae unciam unam salis Fontis Aponi , aut Anglici , aut cre moris tartari , seu drachmas duas magnesiæ albæ cum drachma una tartari solubilis ; & post unam vel alteram horam superbibendæ sunt duæ aut tres libræ aquæ Virginis .

Quo-



(a) Vide Cel. Jacobi Placentini hujus Gymnasii P. P. Professoris Dissertationem *De vena , quæ in Morbis particuliarium partium corporis sit salutarius incidenda .* Oe. Patavii .

1756.

(b) Attamen sanguinis mis sione nimis abuti non licet ; vidimus enim saepe jugulatos ægros a sanguinolentis , & indoctis Medicis .

Quolibet mane sequentium dierum præcedenti quantitati addenda est libra una aquæ usque ad præscriptam summam. Ut aqua facilius ducatur per alvui vias, primo potionis aquæ cyatho adjungendæ sunt drachmæ duæ, aut quatuor salis Aponi, aut Anglici; ut citius feceratur per urinæ tramites primo cyatho addendæ sunt guttæ quindecim olei ætherei terebenthinæ, aut spiritus vitrioli. Ad augendam vim deobstruendi, & corroborandi immiscere possumus primis potionibus martem solubilem *Willis*, aut tinturam martis Tachenii. Et nonnumquam ut aqua dulcificans reddatur, huic addere solemus uncias tres vel quatuor laetis vaccini, aut caprini, ut Federicus Hoffmannus (*a*) docet, maxime in pectoris affectionibus ad phthisim vergentibus.

Pro facilitiori aquæ Virginis transitu sæpe ac sæpius tepida, ut lac, sumenda est & in lectulo: Quandoque dum quis e lecto surrexit, se moveat per cubiculum: Interdum frigida & ante solis ortum bibenda est, & aperitis januis, ac fenestrīs per cubicula ambulandum est.

Dum bibuntur aquæ, coena brevis sit, ne mane indigesta cibaria in stomacho relinquuntur. Si stomachus vero a copia aquæ dilutus debilis reddatur, & nauseæ motum æger patiatur, sumenda est chocolathæ potio, aut *Caffè* cum crustulis & pastillis, aut paulum vini Cypri, seu Cretici, aut edendum pauxillum corticis aurantiorum, aut citri conditi.

His omnibus addendum est, chinam-chinam in aquis his Thermalibus infusam, sæpe ad profligandam febrem & alios morbos magis prodesse quam in aliis aquis: uti etiam


(*a*) *Dissert. De connubio aquarum mineralium cum lacte longe saluberrimo.*

etiam decoctiones multarum plantarum, & cataplasmata nonnulla cum ipsis aquis confecta.

In usu balnei diversa sunt peragenda. In primis, quibus corpus repletum est, aut adstricta alvus, lenientibus, aut catharticis purgandi; & si plethorici phlebotomia detrahendus est sanguis. Post nonnullos a balneo dies secare venam prope affectam partem valde conducit.

Non omnes eodem balneo egent; nam alii tepido, alii calido, alii magis calido & quasi ferventi, ut ita dicam: Qui calidissimo balneo utuntur, ingredi debent in balneum tepidum instar tepidarii (*a*), quod sensim calidum reddendum, & postremo quasi fervens, si opus fuerit. Ante ingressum in balneum illiniendus est stomachus ad scrobiculum cordis oleo absinthii, aut menthae, aut nucis myristicae, aut apponendum ceratum de *tacamahaca*. Balnei tempore ad inhibendos stomachi languores, sumenda est aqua florum aurantiorum, aut melissae cum aqua cinnamomi, aut tintura *Kermes*, aut pulvis Hannoverianus, seu potio chocolathae, *coffee*, aut paulum vini Cypri &c., abluendum est os aqua frigida. Quidam in balneo quiete morari debent (*b*), alii semovere, alii frictionibus

D d                          utan-



- (*a*) Cornel: *Celsi lib. I. cap. 3. pag. 25. Edit. Cominiana.* „ cesserit. Et Disarius calida corpori: mox præbet tactum sui mansuetiorem, vel quia cuti assuevit, vel quia frigus accepit a nobis. Motus vero aquam novam corpori applicat: & cessante assuetudine, de qua paulo ante dimicimus, semper novitas auger sensum caloris. „  
 (*b*) Quia ut ait Macrobius *Saturnalium lib. 7. pag. 84. Venetiis 1492.*, Dicas ergo volunt, cur qui in aquam descendit calidam: si se non moverit minus uritur: sed si agitat suum aquam moverit: majorem sentit calorem: & totiens aqua urit amplius: quotiens novus ei motus acc.

utantur, alii scopis membra abstergant maxime in scabie, in psora, in impetigine, & reliquis cutaneis morbis. In quibusdam cucurbitulæ apponendæ sunt. Exeuntes e balneo, linteis absterto & exsiccato corpore, bene induiti pannis lectum petant in clauso cubiculo, ibique tecti per integrum horam jacere debent ad promovendum sudorem, aut copiosam perspirationem. Alii qui priusquam lectum ingrediantur, aut in ipso ingressu oleo amygdalarum dulcium ungi debent, & leniter perficari, aut unguento alabastri cum oleo nardi, aut oleo lavandulæ, aut majoranæ: Membra affecta ungi aliquando oportet aut galbaneto Paracelsi, aut oleo Castorei, vel succini, vel terebenthinæ cum aqua Reginæ Hungariæ; aut membra fovenda & confricanda cum tintæura antiparalytica Cneoffellii.


Luta modo ante, modo post balneum supra affectas partes apponenda sunt, & hæc magis aut minus crassa, magis aut minus calida, & sæpe non solum mane, sed etiam vespere pro morbi intensione: Partes infirmæ lutis tectæ & circumdatæ stragulis calidis tegendæ sunt, ut lutorum calor diutius conservetur. Ablatis lutis, partes thermali aqua abluendæ, mundificandæ: Hinc illinendæ & fovendæ diversis medicamentis pro morborum diversitate: Quare ad resolvendas humorum concretiones, ungendæ & confricandæ sunt partes Galbaneto Paracelsi, aut oleo Philosophorum, aut terebenthinæ, succini, aut ceræ cum aqua Reginæ Hungariæ: In paralyfi oleo formicarum, & tintæura antiparalytica Cneoffellii; in rheumatico & spastico dolore illinendæ sunt partes oleo Castorei, Vulpino, aut unguento alabastri; in musculorum, tendinum, ligamentorum contractione, & ariditate apponendum juvat oleum Catellorum cum herbis neruinis factum, vel oleum

Lumbricorum terrestrium, vel oleum medullare ossium Bubuli, & jus ex intestinis Veruecis confectum, vel linimentum ex oleo Lumbricorum terrestrium, axungia Suilla, & mucilagine radicum altheæ compositum. Pro resolutione tumorum, qui duri, scirrhosi, aut strumosi sunt, in usu erit emplastrum de Cicuta, ejusque extractum intrinsecus assumptum (a), aut emplastrum de galbano crocato *Mynsicht*, vel de ammoniaco Foresti, vel ceratum de spermate Ceti *Mynsicht*, aut dia-botanum Blondelii; pro horum tumorum resolutione efficax erit succus, & decoctio verbena foemina seu erysimi, & vinum ipsum Rhenanum, in quo magna quantitas vivorum Millepedum macerata sit.

Præter balnea, & luta, validum & efficax præsidium, ut antea dixi, est stillicidium, quod diverso modo pro partium diversitate, & pro morbi qualitate instituendum est.

Quum aqua stillatim & nimis lente, & brevi altitudine supra infirmam partem excidit, parum aut nihil prodest: Copiosa ut plurimum aqua e tubo exiens impletu partes affectas percutere debet. Stillicidii usus multiplex est, & convenientibus instrumentis conficitur. In capitis, aut oculorum morbis aqua pro stillicidio ab altitudine duorum, aut trium pedum, tamquam pluvia, ope tubi variis foraminibus pertusi decidat; & magis efficax erit stillicidium si aqua per tres, quatuorve tubos ruat excidatque. Ab alto etiam deci-

D d 2 dat



(a) Vide Cel. Antonii Störck libellum, quo demonstratur, circutam non solum usu interno tuffissime exhiberi, sed & esse si- mul remedium valde utile in multis morbis, qui hucusque curatu impossibiles dicebantur. Vettissime. 1760.

dat aqua tubo majoris diametri supra humeros , aliasque corporis partes , cuius usus antiquissimus est ; nam in nummo apud Goltzium urbis *Himeræ* in Sicilia , homo conspicitur ( a Paschaleio Caryophilo ( a ) Hercules dicitur ) in lavacro super cuius humerum sinistrum aqua hoc modo decidit , in quo nummo legitur IMEPAIΩN idest *Himeratorum* . Antonius Cocchius ( b ) ejusdem *Himeræ* nummum vidit , in quo inverse legebatur ΝΩΠΑΙΩΝ , & Silenus non Herculem observavit . Sed ut ad propositum meum redeam , stillicidium item horizontali , ac obliqua linea propriis tubis secundum affectas partes instituitur . In oculorum morbis , potissimum in principio suffusionis aut amaurosis , & in ipsa *meiope* , & mydriasi præter stillicidium perpendicularibus tubis factum , horizontalibus pariter tubis cum foraminibus in extremitate divergentibus embrocha fit . Flexilibus tubis injiciuntur diversis modis hæ aquæ thermales in nares , in fauces , in aures . Recurvis demum , aut flexilibus tubis injectiones fiunt in vaginam , in annum , & recto aut curvo siphone in ulcera sinuosa , in fistulas .

Ne præter affectam partem in stillicidii usu aqua reliquum corporis madefiat , non defunt ceratæ telæ pro-

te-

( a ) *De Thermis Herculani*s . 1649. & in tab. 92. trad. & *Dissert.* Mantua . 1739. pag. secund. ed. Leida . 1723. cum 81. & seqq. comment. Siegb. Havercampi

( b ) *Trattato dei Bagni di Pisa* . cap. 5. pag. 330. annot. 2. Qui nummus cum aliis ejusdem speciei delineatus est in tab. 13. *Siciliæ Fil.* Parutæ n. 1. 7. 8. 10. ed. Augustini . 1723. cum comment. Siegb. Havercampi

l. c.

tegendiſ ac tuendis aliis corporis partibus, nec non instrumenta lignea, quorum ope & defenditur corpus, & aqua in convenientia receptacula vehitur.

Eodem die, quo stillicidio, aut injectione utimur, potus aquæ Virginis valde confert. Iis vero, qui ulceribus, aut tumoribus laborant, præter stillicidia, & embregmata, & balnea, multum juvat apponere bis aut ter in dies singulos supra affectas partes lintea identidem madefacta in ipsis thermalibus aquis.

Vapores præterea, qui jugiter a spiraculis Aponi collis exeunt, ad sanandos prædictos morbos conducunt; & instar suffumigii plus aut minus calidi recipiuntur. Hi tumoribus, & ulceribus aurium, narium, oris, pulmonum, ani, & vaginæ, uteri, mederi queunt. In usu suffumigii Thermarum easdem regulas servare oportet, quas in usu balneorum diximus.

Præter hanc methodum recta viētus ratio, & rectum regimen in aliis non naturalibus rebus est observandum. Viētus sit tenuis maxime in cœna; sit ex cibis, qui sint simplices, & qui sint facilis coctionis; vetandi qui crassi, qui fumo exsiccati, qui salibus, aut aromatibus conditi, item horarii fructus & olera, exceptis fæniculis, & amygdalis: Loco meracioris vini, diluto vino ex aqua exquisiti fontis utendum est, aut tenui decoctione sarsæ Parillæ, aut radicis cinæ nodosæ.

Vetandæ sunt vigiliæ: Sit somnus nocturnus & quo longior eo melior; diurnus vero non fugiendus post horas meridianas, maxime ab iis, qui assueti sunt.

Otium & quies necessaria sunt post thermarum usum, & post prandium: Deinde juvat motus & exercitium currū, aut equo, & deambulationibus per amœnos Euganeos montes. Vitandus est sol meridianus, & aer frigidus, maxime nocturnus, nec non matutinus, & vespertinus.

Qui

Qui balneo utuntur, alaci animo vivere debent, unde cum Boetio dicere unicuique ægro possumus

„ Pelle timorem,  
„ Spemque fugato.  
„ Nec dolor adsit.

Postremo libuit hoc Medicorum veteri carmine aquarum  
Aponensium sumendi ordinem claudere

„ Balnea qui sumunt Aponi, sint febre soluti,  
„ Luce fugent somnum, sit quoque cœna brevis.  
„ Elixas comedant carnes: veneremque sequestrent.  
„ Provocet urbanos quælibet hora jocos.


Attamen, ut diximus, in febre hectica primi gradus  
convenit potio aquæ Virginis, neque fugiendus postmeridianus somnus.



PIANTA ANTICA










Digitized by Google

III






T III.

Fig. 2. 



Fig. 3.



INT

# TABULARUM EXPLICATIO.

## T A B. I.

- F**igura 1. Est *Tophus vermiculatus*.  
**F**ig. 2. 5. *Conferva alba*.  
**F**ig. 3. *Conferva Aponitana* folio triquetro fere algæ marinæ similis.  
**F**ig. 4. *Conferva ramosa Aponitana* in fibra longissima vesiculis donata.  
**F**ig. 6. *Conferva capillacea simplex*.  
**F**ig. 7. 8. *Conferva capillacea ramosa* ab herbacea membra oriens.

## T A B. II.

- a. *Ulva thermalis valvulosa*, erecta simplex, capitulo subrotundo.  
b. b. *Capitulum*.  
c. c. c. *Striae virides*.  
d. *Vesiculae in caule*.  
e. e. e. *Basis Caulis multiplex*.  
f. f. f. *Rami instar claviculae*.  
g. g. *Caules*.  
h. h. *Vesiculae*.  
i. i. *Interstitia fibrosa*.

## T A B. III.

- F**ig. 1. a. b. *Est Buccinum Thermarum*.  
c. c. *Buccinum*, e cuius testa animal exit.  
d. e. e. *Buccina*, quæ supra testam multa ovula tenent.  
**F**ig. 2. a. *Byssus hemisphaericus thermalis*.  
b. *Ejus villosa substantia*.  
c. c. *Foramina*.  
**F**ig. 3. a. a. *Byssus coriaceus thermalis niger*.  
b. b. *Cappillamentorum textura*.

I N D E X  
C A P I T U M.

- C A P. I. **D**E Patavio. pag. 1.  
 II. De Thermarum Patavinorum loco , & histo-  
     ria . pag. 26.  
 III. De Historia Naturali Thermarum Patavina-  
     rum . pag. 79.  
 IV. Analysis Chemica Thermarum Patavinorum .  
     pag. 127.  
 V. De Thermarum Patavinorum virtute . pag. 162.  
 VI. Methodus pro usu Thermarum Patavinorum .  
     pag. 201.

# I N D E X

## RERUM, ET AUCTORUM.

### A

- A**Cidum vitriolicum, aut sulphureum retinet in dissolutione aquarum mineralia, easdemque aquas translucidas reddit. pag. 101. seq.  
— in aquis Patavinis. pag. 144.  
— confert ad oscillationem promovendam solidorum, & humorum circulationem &c. pag. 163.  
**A**cidum vitriolicum nativum. pag. 95.  
**A**er Patavinus cur optimus & saluber sit. pag. 2.  
— saluberrimus in Thermis Patavinis. pag. 32.  
— superabundans aquarum. pag. 128.  
**A**elianus pag. 12.  
**A**edificia vetustate collapsa Thermarum Aponensium a Theodorico Ostrogothorum Rege instaurata &c. pag. 50.  
**A**garicum minerale. pag. 156.  
**A**gilulphus Longobardorum Rex pag. 15.  
**A**gricola Gregorius. pag. 116. 159.

- Albarese lapis*. pag. 4.  
*Alcalinum volatile*, acre & corrosivum in aquarum putrefactione exhalat. pag. 32.  
*de Alexandris Alexander*. pag. 110.  
*d' Aloisio Joan. Andreas*. pag. 88.  
*Alsine maritima*, sive *Spergula marina major perennis*. pag. 119.  
*Amizza Paulus Fr.* gravissimis articulorum, musculorumque rheumaticis doloribus laborans, ob potionem aquæ Virginis liber evasit, & integre convaluit. pag. 189.  
*Anagallis aquatica rotundo folio non crenato*. pag. 117.  
*Analysis chemica de aquarum sedimentis naturalibus*. pag. 133. seq.  
*Anguillare Lacus*. pag. 2.  
*Antenoris adventus cum Hennis ad montes Euge-neos*. pag. 11.  
*Ankiloses cubiti, & manus natæ ope lutorum S. Bartholomæi, & S. Helenæ*. pag. 180. seq.  
*Apollodorus*. pag. 10.

E e Apo-

- Aponi Balneorum locus. pag. 27.  
 — nomen quid significat .  
     pag. 34.  
 — collis calcario lapide con-  
     stat. pag. 105.  
 — oppidum reædificatum ab  
     Orthone II. Imperato-  
     re. pag. 55.  
 Aponensis aquæ stillicidium  
     quid præstet. pag. 170.  
     seq.  
 Aponensis aqua quamvis to-  
     phos efficiat , attamen  
     calculos in humano cor-  
     pore non gignit. pag.  
     174.  
 — magna gaudet facultate  
     resolvendi , & incidendi,  
     exsiccandi &c. pag. 175.  
 Aponus fuit patria Titi Livii ,  
     Caji Valerii Flacci , nec  
     non Aruntii Stellæ. pag.  
     60. seq.  
 Apulejus. pag. 87.  
 Aqua Thermalis B. Virginis  
     Montis ortoni. pag. 28.  
     accepit nomen a tabella  
     B. Virginis in eadem  
     aqua reperta. pag. 67.  
 — Virginis vi pollet resol-  
     vendi , & incidendi. pag.  
     175.  
 — calefacta , spirituque vi-  
     trilico imbuta solvit  
     aliquid ferri , salis &c.  
     pag. 91.  
 — Thermalis quo modo  
     agit in humano corpo-  
     re. pag. 163.
- est vehiculum multorum  
     corporum. pag. 101.  
 — in terram non commu-  
     tatur. pag. 100. seq.  
 — mineralis de Barege. pag.  
     112.  
 — quædam in monte Flori-  
     no, vulgo *Vitriola* , di-  
     cta. pag. 124.  
 — *Sancta Clanciani* . pag.  
     103.  
 — Thermarum Pisarum. pag.  
     ibid.  
 — Petrivoli , Roncolani ,  
     Vignonis , Clanciani ,  
     Rapolani &c. in Senen-  
     sibus montibus . pag.  
     109.  
 — Thermalis Porrectæ in  
     Bononiensibus monti-  
     bus. pag. 116.  
 — Zepusii in Comitatu Lit-  
     toviæ. pag. 124.  
 — communis tamquam me-  
     dicina universalis a gra-  
     vissimis auctoribus con-  
     sideratur. pag. 162.  
 Aquæ thermales Euganeorum  
     montium. pag. 26.  
 — Lastrenses. pag. 29.  
 — quo modo salibus ac re-  
     liquis mineralis imbuan-  
     tur. pag. 84. seq.  
 — Aponi qualitates . 123.  
     126. 133.  
 — S. Petri , S. Helenæ ob  
     multum martem alias  
     Thermas antecellunt ,  
     solida corroborando , &  
     flui-

- fluida incidendo; profundit in cœdematosis tumoribus, ankilosï, artuum paralyſi &c. pag. 177.
- Thermarum Patavinarum in vasis clausis bene servatæ per annos virtutes medicas conservant. pag. 125.
- Aponenses sulphur sublimant. pag. 92
- Patavinæ linteal nullo colore inficiunt. pag. 124.
- aliæ linteis colorem inducentes. ibid.
- Patavinæ diu calorem a fontibus haustæ servant, & per annos limpidæ remanent. pag. 124.
- exhalatæ ope ignis. pag. 141.
- quamplurimæ tophos diversæ speciei producunt. pag. 109.
- Aquarum quantitas in potu. pag. 205. seq.
- calidarum Patavinarum unaquæque quantum salis cubici, selenitici, & terræ continet. pag. 146.
- Aquarum Aponensium virtutes medicæ in dysenteria, in pulmonum rheumaticis defluxibus, asthmate &c. pag. 169.
- Arena ferraria Euganeorum montium. pag. 6.
- Arenaria foliis linearibus longitudine intermediorum.*  
pag. 117.
- Argenville.* pag. 111.
- Aristoteles.* pag. 80.
- Arquæ Lacus.* pag. 2.
- Aristophanes.* pag. 36.
- Aster foliis lanceolatis glabris, ramis inæquatis, floribus corymbosis.* pag. 118.
- Aster maritimus, tripolium digitus.* ibid.
- Aster maritimus folio tereti, crassfo, tridentato.* pag. 119.
- Aster maritimus palustris cœruleus, salicis folio.* ibid.
- Athesis.* pag. 2.
- Athæneus.* pag. 36.
- Atriplex folio bastato, seu deltoide.* pag. 118.
- Attila,* aliique Patavium destruxerunt. pag. 14. seq.
- Aurelianus Cœlius.* pag. 34.
- Azzus VII. Marchio Estenſis pag. 19.
- Azzus VIII. pag. 21.

## B

- B**accius Andreas. pag. 80.
- Baglivus Georgius. pag. 110.
- Bagno di Mario.* pag. 108.
- Baile Franciscus.* pag. 93.
- Baldassarius Joseph. pag. 90. 93. 100. 106.
- Balnea Montis ægrotorum. pag. 74.
- S. Bartholomæi. pag. 77.

- S. Helenæ. *ibid.*  
 — Montis-anionis. *pag. 73.*  
 Balneo quantum uti licet. *pag. 204.* & quid ante ipsius ingressum faciendum sit. *pag. 209.*  
 Balneum quo modo agit in humano corpore. *pag. 171.*  
 Balneum Domus novæ. *pag. 73.*  
 — Aponensis aquæ quid præstat. *pag. 168.*  
 — confert in ankilosī, reliquisque distentis, ac induratis membris, in pso-ra, impitigine, herpete, scabie &c. *pag. 172.*  
 Baronius. *pag. 17.*  
 Barrottus. *pag. 61.*  
 Barsanti Jo: Carolus. *pag. 173.*  
 Bartholinus Gaspar. *pag. 81.*  
 S. Bartholomæi Balnea : *pag. 31.*  
 Bastianus Philippus. *pag. 124.*  
 Bastianus Annibal. *pag. 96.*  
 Battalea. *pag. 3.*  
 Bauinus Joannes. *pag. 136.*  
 Baynard. *pag. 162.*  
 Beccarius Jacobus. *pag. 128.*  
 Bellinus Laurentius. *pag. 173.*  
 Belocatus Aloysius. *pag. 175.*  
 Bembus. *pag. 25.*  
 Benvenutus Joseph. *pag. 81. 85. 147. 156.*  
 Berardus Episcopus Patavinus. *pag. 16.*  
 Berengarius Augustus Imp: Canonis Patavinis Bona confirmavit. *pag. 16.*  
 Bergerus. *86.*
- Bericht *ibid.*  
 Bertrand Elie. *pag. 105.*  
 Bettusius Joseph. *pag. 3.*  
*Biscazzæ Antonius hæmorrhoidibus cæcis correptus, a potu & balneo aquæ montis ægrotorum post duas hebdomadas sanus discessit. pag. 198. seq.*  
 Blanchellus Mengus Faventius. *pag. 160.*  
 Blondel Franciscus. *pag. 54. 88. 92.*  
 Blondus Flavius. *pag. 14.*  
 Boerhaavius. *pag. 85.*  
 Boetius. *pag. 214.*  
 Boulduc. *pag. 138. 144.*  
 Boyle Robertus. *pag. 100.*  
 Brandt. *pag. 149.*  
 Bresmal. *pag. 88.*  
*Buccinum, seu cochlea Thermarum Patavinarum. pag. 115.*  
 — Thermarum Vetulanensium, seu Caldæ. *pag. 116.*  
 Buccius Petrus. *pag. 28.*  
*de Buffon. pag. 89.*  
 Busbequius. *pag. 116.*  
 Buttner. *pag. 156.*  
*a Buxton Martinus. pag. 171.*  
*Byffus hemisphœricus Thermalis. pag. 123.*  
*Byffus coriaceus Thermalis niger. ibid.*

## C

- C**Abæus Nicolaus. *pag. 79.*  
 Cachexia, cum anasarcæ prin-

- cipio , curata usu aquæ  
Virginis . pag. 183.  
*seq.*
- Cælius . pag. 156.
- Caloris caufa in Thermalibus  
aquis . pag. 86. *seq.*
- Caloris gradus Thermarum Pa-  
tavinarum . pag. 114.
- Camulus Petrus Maria anasar-  
ca correptus , post po-  
tiones aquæ Virginis  
Montis-ortoni pristinam  
valetudinem recuperavit.  
pag. 186.
- Canis a Scala . pag. 21.
- Cantel. Joseph. pag. 15.
- Capivacceus Bartholomæus . pag.  
75.
- Capponius Joannes . pag. 108.
- Cardinalis de Aragonia . pag.  
17.
- Caresinus . pag. 23.
- Carmina de Venetorum origi-  
ne . pag. 8.
- Carmina Ludovici Pasini de  
Monte-ortone . pag. 67.  
*seq.*
- Carnarius Joannes, Gandensis .  
pag. 161.
- Carolus Magnus Gallorum Rex .  
pag. 15.
- a Carraria* Jacobus . pag. 22.  
\_\_\_\_ Nicolaus . *ibid.*  
\_\_\_\_ Marsilius . pag. 23.  
\_\_\_\_ Jacopinus . *ibid.*  
\_\_\_\_ Franciscus . *ibid.*  
\_\_\_\_ Franciscus II. pag.  
24.
- Cartheuser . pag. 156.
- S. Casciani Thermæ . pag. 27.
- Cassinus . pag. 83.
- Cassiodorus . pag. 50.
- Cato . pag. 7.
- Cellarius Christophorus . pag.  
12.
- Celsus Cornelius . pag. 209.
- Cenchrus panicula spicata , glu-  
mis muricatis , setis cilia-  
ribus . pag. 117.
- Chambers Ebriamus . pag. 172.
- Charas . pag. 87.
- Charles Renatus . pag. 86.
- Chifletius Joannes . pag. 37.
- Clanciani Thermæ . pag. 27.
- Claudianus indicat sal extrahi  
ab Aponi Thermis . pag.  
74.
- Claudiani carmina in Aponi lau-  
de . pag. 38. *seq.*
- a Clivolo* Bartholomæus . pag.  
88.
- du Clos.* pag. 86.
- Cluverius Philippus . pag. 34.  
60.
- Clysteres Aponensis aquæ , in-  
testinorum tormina de-  
bellant . pag. 168.
- Cocchius Antonius . pag. 212.
- Cochlea Thermarum Patavina-  
rum . pag. 115.
- Color limpidus Thermarum Pa-  
tavinarum . pag. 125.
- Colloredo Melz Nicolaus Co:  
atrophia , & semiparalyfi  
in crure laborans , ope  
balnei Montis ægrotō-  
rum , & potus aquæ Vir-  
ginis optimam sanita-  
tem

- tem adeptus est. pag.  
191. seq.
- Conferva alba*. pag. 119.
- Conferva Aponitana*, folio tri-  
quetro, fere algæ mari-  
næ simili. pag. 120.
- Conferva ramosa Aponitana in fi-  
bra longissima capillari  
vesiculis donata*. pag. 120.
- Conferva capillacea simplex*. ibid.
- Conferva capillacea ramosa ab her-  
bacea membrana oriens*.  
ibid.
- Constantinus Imp: superba do-  
na dedit templo Apol-  
linis. pag. 54.
- Cornelius Catus Augur. pag. 41.
- Cos particulis arenosis fere aqua-  
libus, minoribus, cum mi-  
ca nigra*. pag. 4.
- Cramerus Joan. Andreas. pag.  
93.
- Cremor Thermis supernatans.  
pag. 103.
- Crescentius Nicolaus. pag. 162.
- Grotta Iroldus, ejusque carmi-  
na. pag. 64.
- D
- D**andulus. pag. 16.
- Daubenton. pag. 110.
- Davity Petrus. pag. 36.
- Delaytus. pag. 24.
- Dempsterus. pag. 7.
- Dendrytes. pag. 4.
- Derbam Guilielmus. pag. 83.
- Dillenius. pag. 122.
- Dodington de sale Aponi*. pag. 74.
- de Dondis Jacobus, & Joannes.  
pag. 74.
- Joannis opera Ms. pag.  
59.
- Isaacus. pag. 75.
- Domus novæ Balnea. pag. 30.
- Drobzenz̄k. pag. 79.
- Duccinus Joseph. pag. 85.
- Du-Hamel. pag. 79.
- E
- E**cclinius a Romano. pag.  
19. seq.
- Ecbinus spatagus*. pag. 4.
- Effectus diversi Fontium Pata-  
vinorum. pag. 166.
- Ellerus. pag. 100. 140.
- de Engeschis Ingeschus a Fossa  
Clodia primus fuit, qui  
ab hisce Thermis sa-  
lem extraxit. pag. 74.
- Ennodius S. Ticinensis Episco-  
pus petiit Aponi Ther-  
mas, & Eprigrama in  
Aponi laude scripsit.  
pag. 62.
- Epicurus. pag. 79.
- Epistola Regis Theodorici ad  
Aloysum Architectum.  
pag. 50. seq.
- Etmullerus. pag. 86. 156.
- Euganeorum montium brevis  
descriptio. pag. 3. seq.
- Euganei originem habuere ab  
Hetruscis. pag. 7.  
— quando huc venerunt.  
pag. 11.
- Eu-

Eumenes. pag. 54.  
 Experimenta de ferri existentia  
     in terra, *marga* vocata,  
     Euganeorum montium.  
     pag. 6.  
 Experimenta varia chemica de  
     aquis Thermalibus agri  
     Patavini. pag. 130. seq.  
 — de natura salis earum-  
     dem Thermarum. pag.  
     147.

## F

**F** Abricius Joan. Albertus.  
     pag. 81.  
 Fabrettus. pag. 44.  
 Fabrotus Carolus Annibal.  
     pag. 37.  
 Facciolatus Jacobus. pag. 18.  
     58.  
 Facultas cudendi monetam in  
     Urbe Patavina. pag. 16.  
 Falloppius Gabriel. pag. 160.  
 Fantonus Joannes. pag. 88.  
     139.  
 du Fay. pag. 85.  
 Federicus I. Imperator. pag.  
     17.  
 Federicus II. pag. 19.  
 Ferrea lamella concreta, & re-  
     perta in ductibus Ther-  
     marum Aponensium.  
     pag. 98.  
 Ferreæ lamellæ concretionis  
     explicatio. pag. 99. seq.  
 Ferrum quo modo aquis mi-  
     scetur. pag. 98.

Ferrum in aquis Thermalibus  
     Patavinis. *Ibid.*  
 Ferrum solida corroborat, se-  
     cretiones adjuvat, len-  
     tos, viscidosque humo-  
     res solvit. pag. 165.  
 Flamma Galvanus. pag. 18.  
 Flavius Blondus. pag. 12.  
 Foyer Joannes. pag. 162.  
 Floridus de Plumbis. pag. 165.  
 Fluore albo liberata fuit mu-  
     lier usu aquæ Therma-  
     lis Montis ægrotorum.  
     pag. 182.  
 Fluore albo, & vaginæ proci-  
     denta mulier laborans,  
     fana evalit ope aquæ  
     Virginis. pag. 183.  
 Fontes calidi apud Antiquos  
     sacri fuere. pag. 36.  
 Fontes Naphtæ pag. 95.  
 Fontes frigidi prope calidos.  
     pag. 27.  
 Fontium origo. pag. 79. seq.  
     — perennitas. pag. 83.  
     — cultus apud Antiquos.  
     pag. 37.  
 Forestus Petrus. pag. 178.  
 Foscarenus Marcus Eques, &  
     D. Marci Procurator.  
     pag. 24.  
 Francones an Patavii Domini.  
     pag. 15.  
 Frizimelica Franciscus. pag.  
     160.  
 Frisingensis Otho. pag. 17.  
 Fromondus Libertus. pag. 79.  
 Fromondus Claudius. pag. 101.  
 Frontinus Sextus. pag. 37.  
     Fu-

*Fucus thermalis substantia vesticulari, superficie reticulari.* pag. 121.

*Fulchus Petrus.* pag. 66.

*Fungus glaphirus.* pag. 108.

*Furin Antonius a paralyysi in manu correptus, optatam sanitatem obtinuit a luto S. Bartholomaei.* pag. 196. seq.

## G

**G**Alenus. pag. 84.  
*Gallestro lapis.* pag. 4.

*Galvanus Flamma.* pag. 18.

*Gattari.* pag. 23.

*Gelius Aulus.* pag. 42.

*Geoffroy le cadet.* pag. 130.

*Gerardus Maurisius.* pag. 18.

*Gesnerus Conradus.* pag. 27. 88.

*Ghezzi Nicolaus.* pag. 79.

*Gimma Jacobus.* pag. 89.

*Giornale de' Letterati d' Italia.* pag. 93.

*Glanvill Joseph.* pag. 115.

*Glauberus Joan. Rudolphus.* pag. 84.

*Glaux maritimus.* pag. 118.

*Gottlob Christianus.* pag. 141.

*Gourraigne H.* pag. 165.

*de Gradis Joannes.* pag. 161.

*Gradonici Petri Patricij Veneti Servus febri cum sanguinis sputo, & spirandi difficultate ob thoracis contusionem laborans,*

*potionibus aquæ Virginis, prodigiis instar, a pectoris affectione penitus liberatus fuit.* pag. 185.

*Gramen loliaceum, radice repente, maritimum.* pag. 117.

*Gratianus Joannes.* pag. 29.

*Gravitas specifica aquarum calidarum Pat.* pag. 126.

*Grifonus Theophilus.* pag. 86.

96.

*Guazzus Marcus.* pag. 4.

*Guettard.* pag. 104. 106. seq.

*Guicciardinus Franciscus.* pag.

2.

*Gypsum ab aqua Sancta Clanciani Senarum oritur.* pag. 106.

## H

**H**de *Aen Antonius.* pag. 172.

*Halicarnasseus Dyonisius.* pag. 10.

*Hallerus Albertus.* pag. 163.

*Halleyus Ed.* pag. 81.

*du-Hamel.* pag. 83. 150.

*Hambergerus Georgius Erhardus.* pag. 172.

*Hancocke Joannes.* pag. 162.

*Harduinus Joannes.* pag. 153.

*de Heere Henricus.* pag. 104. seq.

*S. Helenæ balnea, eorumque antiqua monumenta.* pag. 77. seq.

van

- van Helmontius*. pag. 80.  
*Henricus III.* Imp. pag. 13.  
*Henricus IV.* pag. 16.  
*Henricus V.* *ibid.*  
*Henricus VII.* pag. 21.  
*Henkelius Joan. Federicus.* pag. 86. 137. 149.  
*Heusbau.* pag. 100.  
*Hiaeerne.* Urbanus. pag. 140.  
*de la Hire.* pag. 80.  
*Hoffmannus Federicus.* pag. 33. 88.  
*Holothuria.* pag. 115.  
*Holstenius Luca.* pag. 44.  
*Hombergius.* pag. 147.  
*Honorius Imperator.* pag. 13.  
*Hookius.* pag. 100.  
*Horæ magis convenientes pro aquarum potu, pro balneis, stilocidiiis, lutis, & laconicis. &c.* pag. 203.  
*Horologiis, seu de Dondis.* pag. 43.  
— *Gaspar March.* pag. 59.

## I

- J**  
*Ames.* pag. 172.  
*Jaspides nigri.* pag. 5.  
*Ignis subterraneus.* pag. 89.  
*Imperatus Fer.* pag. 5.  
*Indigetes.* pag. 6.  
*Inscriptiones Romanæ ad Thermae Patavinas pertinentes.* pag. 44. seq.  
*Insecta Thermarum.* pag. 114.

- Joli.* pag. 135.  
*Jornandes.* pag. 10.  
*Journal des Scavans.* pag. 89.  
*Irritabilitas.* pag. 163.  
*Juncbus culmo subnudo tereti, panicula terminali, involucro diphyllo spinoso.* pag. 118.  
*Justinianus Bernardus.* pag. 15.

## K

- K**  
*Aebler Martinus.* pag. 111.  
*Keill.* pag. 171.  
*Kircherus.* pag. 80. 160.  
*Kunckel.* pag. 154.  
*Kundmann.* pag. 103.

## L

- L**  
*Abat Joan. Baptista.* pag. 80.  
*Lac Lunæ.* pag. 156.  
*Laconici vaporosi usus ad multos morbos curandos conductus.* pag. 173.  
*Lacunæ Venetæ antiqua confinia.* pag. 3.  
*Laertius Dyogenes.* pag. 79.  
*Lamina plumbea cum quibusdam antiquis characteribus reperta prope Ecclesiam D. Petri Montis-anionis.* pag. 73.

F f

Lan-

- Lancisius*. pag. 32.  
*Langius*. Joan. pag. 87.  
*Lapides montium Euganeorum*.  
 pag. 4.  
*Lapidum vegetatio*. pag. 110.  
*Lapis tophaceus, vulgo Tibur-*  
*tinus dictus*. pag. 105.  
*Lasone*. pag. 86.  
*Leibnitz* Guilielmus Godofre-  
 dus. pag. 91.  
*Lemery Nicolaus*. pag. 85. 94.  
*Leonissa Comes Franciscus*.  
 pag. 13. 24. 65. 72.  
*Leopoldus Dux Austriæ*. pag.  
 24.  
*Leuchseringus Ludovicus*. pag.  
 80.  
*Lieberothius I. F.* pag. 101.  
*Linnæus Carolus Eques*. pag.  
 4. 82. 99. 103. 115.  
 141. 153.  
*Lifter*. Martinus. pag. 86.  
*Lithantracis* fistulis bituminosi  
 minera. pag. 95.  
*Livius T.* pag. 7.  
*Lvtaldus Dux*. pag. 17.  
*Loeber Frid. Erh.* pag. 165.  
*Lucani carmina*. pag. 41.  
*Lucretius*. pag. 88.  
*Ludewig Tralles Balthasar*. pag.  
 164.  
*Luta Montis-ortoni*, S. Petri,  
 S. Helenæ, S. Bartho-  
 lomæi, eorumque ana-  
 ly sis chemica. pag. 136.  
*seq.*  
 — ad partes induratas emol-  
 liendas, ad exsiccandas
- in aliquo membro im-  
 pactas materias proflunt.  
 pag. 178.  
 — S. Petri, S. Helenæ, &  
 Montis ægrotorum re-  
 solvunt lentos ac visci-  
 dos humores, & solida  
 firmant. pag. 179.  
 — quo modo adhibenda sunt.  
 pag. 210.  
*Lutum* S. Bartholomæi maxi-  
 mè valet in emoliendis  
 induratis partibus. pag.  
 178.  
 — Montis-ortoni emollit mi-  
 nus quam illud S. Bar-  
 tholomæi. pag. 179.
- M
- M** Accoppe Alexander. pag.  
 161.  
*Macquer*. pag. 92. 151.  
*Macrobius*. pag. 209.  
*Maffæus Joan. Laurentius*. pag.  
 109.  
*Maffæus Marchio*. pag. 6.  
*Magati Sancassani Dyonisius*.  
 pag. 101.  
*Maginus*. pag. 110.  
*Mailettus*. pag. 85.  
*Mamertinus Claudius*. pag. 10.  
*Manilius Marcus*. pag. 87.  
 Mare Adriaticum an olim ad  
 radices Euganeorum  
 montium pervenerit?  
 pag. 3.
- Mar-

- Mariottus Michael. pag. 81.  
84. 128.
- Marmorata variè colorata mon-  
tium Euganeorum. pag.  
4. seq.
- Marmor cinerei coloris. pag. 5.  
— album. ibid.
- Marmoris antiqui elaborati frag-  
menta effossa in mon-  
te ægrotorum. pag. 76.
- Marnarum* seu margarum spe-  
cies multæ in Euganeis  
montibus. pag. 6.
- Marsilius Aloysius Comes. pag.  
4. 82.
- Marteau Petrus Antonius. pag.  
128.
- Martialis carmina. pag. 61.  
*la Martinier Bruzen*. pag. 97.
- Marzarus. pag. 22.
- Materia glutinoso-mucosa in  
aquis Aponensibus. pag.  
111. seq.
- Maurisius Gerardus. pag. 18.
- Maximilianus Imperator. pag.  
25.
- Mazzuchelius Comes Joannes.  
pag. 61.
- Meara Edmondus. pag. 86.
- Medoaci. pag. 2.
- Mela Pomponius. pag. 12.
- Menegbelli Antonius. pag. 71.
- Menghinus. pag. 167.
- Mercatus Michael. pag. 84.  
104.
- Mercurialis Hieronymus. pag. 29.
- Messia Petrus. pag. 110.
- Methodus pro usu Thermarum
- Patavinarum. pag. 201. seq.
- Mica* flava. pag. 111.
- Michelii Flora Patavina. pag.  
120.
- Mileus. pag. 88.
- Milo Episcopus Patavinus. pag.  
17.
- Mingonius. pag. 30. 75. 191.  
*le Monnier*. pag. 106.
- Mons Redicofanus. pag. 89.
- Montis-ortoni denominatio.  
pag. 65.
- aquarum vires. pag. 177.
- Montis ægrotorum balnea. pag.  
29.
- eorumque antiqua monu-  
menta. pag. 75. seq.
- Montanionis, seu Montis-anio-  
nis balnea. pag. 29.,  
— eorumque monumenta an-  
tiqua. pag. 70.
- Montium Euganeorum brevis  
descriptio. pag. 3.
- eorumque nomina origi-  
ne græca gaudent. pag. 4.
- Monrò Alexander. pag. 130.
- Montagnana Bartholomæus. pag.  
160.
- Montalbanus a Fratta Marcus.  
pag. 109. 124.
- Morellus Gregorius. pag. 160.
- Morena Acerbus. pag. 17.
- Morgagnius Joan. Baptista.  
pag. 166. 187.
- Moro Lazarus. pag. 91.
- Mottus Antonius. pag. 71.
- Muratorius Ludovicus Anto-  
nius. pag. 15.

Müffatus Albertinus. pag. 21.  
Muffchenbroekius Petrus. pag.  
33.

## N

**N**ardinus. pag. 109.  
Neapolitana Scientiarum Academia. pag. 90.  
Nepos Cornelius. pag. 7.  
Nevvtonius. pag. 9. 100.  
Nierembergus Joseph-Joannes. pag. 88.  
Nievventitus. pag. 80. 100.  
*Nollet.* pag. 128.  
Normandus. pag. 98.  
Nosocomium antiquum prope Thermas Aponenses. pag. 56. *seq.*

## O

**O**Bizzi Pius Æneas. pag. 3.  
Ochra in Thermis S. Petri, valde præstat extrinsecus in ulceribus, & intrinsecus sæpe sanguinis sputa fistit. pag. 179.  
ejusque ochræ experimenta chemica. pag. 137.  
Ochræ origo. *ibid.*  
Odoarcus Erulorum Rex. pag. 15.

Odor sulphureus Thermarum Patavinarum. pag. 125.  
Oldericus Episcopus. pag. 16.  
Oleum minerale in aquis Thermalibus agri Patavini. pag. 89. 144.  
Oleum minerale ulceribus internis prodest &c. pag. 164.  
*Os Bignonis*, seu crypta in Lunnibus montibus. pag. 82.  
Otho Augustus. pag. 16.  
Otho Frisingensis. pag. 17.  
Otho a Mandelo Patavii Praetor. pag. 20.  
Ovidius. pag. 9.  
*Ouvolgie P.* pag. 110.

## P

**P**Apin Nicolaus. pag. 7.  
Paracelsus. pag. 86.  
Parisius de Cereta. pag. 19.  
Paruta Paulus. pag. 25.  
Pasinus Ludovicus. pag. 60.  
ejusque carmina de Monte-ortone. pag. 67.  
*Paffera Felix.* pag. 176.  
Pafferus Joan. Baptista. pag. 5. 106. 111.  
*Pasta* Hieronymus Patricius Venetus claudicatione, & dolore ob femoris contusionem laborans, usuluti S. Bartholomæi, & S. He-

- S. Helenæ, unà cum balneo aquæ S. Helenæ, sanus evasit. pag. 179.  
seq.
- P**atavinus Monachus. pag. 19.
- P**atavii brevis historia. pag. 6.  
seqq.
- laudes. pag. 13.
- aer saluber. pag. 2.
- P**atavium quo tempore in potestatem Romani Imperii devenerit. pag. 13.
- forsan sic dictum ab aquis Thermalibus. pag. 58.
- in Venetorum potestate. pag. 24.
- P**epperinus lapis. pag. 90.
- P**errhaultus. pag. 81.
- P**etrificatio in Aponensibus Ther mis. pag. 104.
- P**hilippus Ravennæ Archiepiscopus. pag. 20.
- P**hthisis sanata cum aquis Aponensibus. pag. 184. & Virginis. pag. 189.
- P**igna. pag. 16.
- P**ignorius Laurentius. pag. 4. 6. &c.
- P**inelli Flaminius. pag. 93.
- P**isces vivunt in aquis calidis. pag. 116.
- P**isces marini in Lacu Arquà. pag. 117.
- P**iscina Neroniana. pag. 54.
- P**lato. pag. 79.
- P**lacentinus Jacobus. pag. 166. 207.
- P**linius. pag. 2. 7.
- de Plumbis Floridus. pag. 165.
- Plumerius. pag. 146.
- Plutarchus. pag. 42.
- de Polcastris Joan. Dominicus Comes. pag. 49.
- Polenus Joannes. pag. 1. 36.
- Polybius. pag. 8.
- Pontanus Jovianus. pag. 80.
- Portinarius. pag. 3. 6.
- P**orus aqueus, seu tophus. pag. 103. 108.
- P**ott Joan. Henricus. pag. 118.
- P**ringle. pag. 133.
- P**tolomæus. pag. 1.
- P**umices rubri. pag. 90.
- Q**
- Q**uincy. pag. 165.
- R**
- R**adagius Scytha. pag. 14.
- R**aderus Matthæus. pag. 61.
- R**amazzinus Bernardinus. pag. 12. 80.
- R**edusius Andreas. pag. 23.
- R**egulæ, seu Canones in usu Thermarum Patavinarum. pag. 206.
- R**iccardus Comes de S. Bonifacio. pag. 19.
- Ro-**

- Rohaultus Jacobus . pag. 80.  
124.  
Rolandinus . pag. 18.  
Roncallus Franciscus Comes .  
pag. 179.  
Rotbe . pag. 132.  
le Roy Nicolaus . pag. 88.
- S
- S** Abatinus . pag. 3.  
Sabellicus . pag. 9.  
Sal admirabile Glauberi . pag.  
113. 151.  
Sal commune a balneo Domus  
novæ olim eliciebatur .  
pag. 74.  
Sal Fontanum minoribus cubis .  
pag. 152.  
Sal neutrum depositum a Ther-  
mis Aponensibus . pag.  
112.  
Sal neutrum vim purgandi , &  
detergendi habet . pag.  
163.  
Sal Thermarum Patavinarum  
simile est sali commu-  
ni . pag. 150. non jami  
sali admirabili Glaube-  
ri . pag. 151.  
Salis Thermarum Patavinarum  
analysis chemica . pag.  
145. seq.  
Saliūm pondus in aquis calidis
- Patavinis . pag. 146.  
Salaignac . pag. 132.  
*Salicornia articulis apice crassio-*  
*ribus . pag. 118.*  
*Salicornia , seu Kali genicula-*  
*tum . pag. 118.*  
*Salicornia geniculata annua . pag.*  
119.  
*Salicornia geniculata sempervi-*  
*rens . ibid.*  
Sallustius . pag. 10.  
Salomonius Jacobus . pag. 14.  
44.  
Samolus . pag. 117.  
Sapor salfo - sulphureus Ther-  
marum Pat: pag. 126.  
Sardanapalus Parthorum Rex .  
pag. 10.  
Savonarola . pag. 34. 59.  
Sauvages . pag. 107.  
Scaliger Julius . pag. 62. ejus-  
que carmina . pag. 63.  
Scanagatus Nicolaus Comes .  
pag. 161.  
Scandiani minera sulphuris . pag.  
93.  
Scardeonius Bernardinus . pag. 2.  
Schelamerus Christophorus Gun-  
terus . pag. 118.  
Scheuchzerus Joan. Jacobus . pag.  
92.  
Schiavo Dominicus . pag. 110.  
Schoberus C. G. pag. 85. 105.  
*Schoenus culmo tereti ramoso , ca-*  
*pitulis terminalibus invo-*  
*lucro triphylo brevissimo*  
*rígido patente . pag. 117.*  
Sclavetus Angelus . pag. 83.  
*de*

- de Secondat.* pag. 112. 121.  
*Sedimenta naturalia Therma-*  
*rum Patavinarum che-*  
*micè observata.* pag.  
 133. seq.  
*Sedimenta ab aquis calidis Pa-*  
*tavinis exhalatis.* pag.  
 143.  
*Sedimentorum, absque salibus,*  
*chemica experimenta.*  
 pag. 155.  
*de Seine.* pag. 97.  
*Scippius.* pag. 86.  
*Sempronius C.* pag. 7.  
*Seneca Lucius Annaeus.* pag.  
 79.  
*Servius.* pag. 12.  
*Sidelaus.* pag. 81.  
*Sigonius.* pag. 16.  
*Siculus Diodorus.* pag. 8.  
*Sidonius Apollinaris.* pag. 62.  
*Silius Italicus.* pag. 10.  
*Slotz Samuel.* pag. 118.  
*Smith.* pag. 162.  
*Solinus Julius.* pag. 7. 12.  
*Sonchus angustifolius, maritimus.*  
 pag. 118.  
*Spazzarinus Daniel.* pag. 11.  
*Speroni Speronus.* pag. 168.  
*Spiritus vitriolicus.* pag. 89.  
*Spiritus æthereo - elasticus in a-*  
*quis medicatis.* pag. 128.  
 seq.  
*Springfeld Carolus.* pag. 92.  
 121. 174.  
*Stalactites albus salinus.* pag.  
 108.  
*Stalagmites observatae in qua-*
- dam crypta. pag. 110.  
*Sthalius.* pag. 154.  
*Stillicidium aquæ Aponensis*  
*lentos ac viscidos humo-*  
*res dissolvit, circulatio-*  
*nem humorum promó-*  
*vet.* pag. 170.  
*Stillicidium quo modo insti-*  
*tuendum.* pag. 204.  
 211.  
*Stockius Joannes Christianus.*  
 pag. 165.  
*Störck Antonius.* pag. 111.  
*Svetonius C. Tranquillus.* pag.  
 41.  
*Suffumigii Thermarum regulæ.*  
 pag. 210.  
*Sulphur crystallizatum.* pag.  
 87.  
*Sulphur quo modo aquis mi-*  
*scetur.* pag. 93.  
*Sulphureæ lamellæ in Aponen-*  
*sibus Thermis concre-*  
*tæ.* pag. 97. 134.  
*Sulphur in aquis Patavinis an-*  
*solvatur?* pag. 156.  
*Sulphur in astmate, aliisque*  
*pectoris morbis confert.*  
 pag. 174.  
*Sulphur vivum capillare.* pag.  
 94.  
*Sylvaticus Marchio.* pag. 31.  
*Sylvatici.* pag. 78.  
*de Sylvestris Carolus.* pag. 44.

## T

- T**Abes incipiens curatur  
aqua Aponi, & præci-  
puè illa Virginis. pag.  
169.
- Tacitus. pag. 35.
- Tassonus Alexander. pag. 61.
- Taurisanus Bernardinus. pag.  
3.
- Templum Geryonis. pag. 71.
- Thermophilus. pag. 88.
- Teutonicus Albertus. *ibid.*
- Terra ab Aponensibus aquis de-  
posita. pag. 111.
- Terra flavescentia in aqua S. Pe-  
tri Montis-anionis, &  
S. Helenæ. pag. 113.
- omnium Thermarum Pa-  
tavinarum alcalina est.  
pag. 156.
- alcalina solidorum imbe-  
cillitatem corrigit. pag.  
164.
- Theodoricus Ostrogothorum Rex  
pag. 15. ejusdem episto-  
la ad Aloysium Archi-  
tectum, qua Aponi  
Thermæ laudantur, eas-  
que refici jubet ipse Rex.  
pag. 50. seq.
- Theodosianus codex. pag. 13.
- Thermarum Patavinarum anti-  
quitas a quamplurimis

- monumentis comprobata. pag.  
34. seq.
- Thermarum Aponi descriptio.  
pag. 26. seq.
- Thermarum Patavinarum gra-  
dus caloris. pag. 113.
- Thermæ omnes Patavinæ sul-  
phureum odorem ha-  
bent. pag. 125.
- Patavinæ purgantes, & de-  
tersivæ sunt. pag. 165.
- Patavinæ ab Antiquis Me-  
dicis descriptæ. pag. 59.  
seq. 159. seq.
- ab *Aqua Pisarum*. pag.  
103.
- Badenses. pag. 111.
- Patavinæ qua ratione ef-  
fectus diversos produ-  
cunt. pag. 166.
- Thomasinus Jacobus Philippus.  
pag. 44. 66.
- Thompsonus Alexander. pag.  
155.
- Thue Andreas. pag. 149.
- Tiberius Imperator. pag. 42.
- Timavus. pag. 12.
- Tinea aquatica lapillis tecta.  
pag. 82.
- Tiraquellus Andreas. pag. 110.
- Tophacei montes prope Ther-  
mas ab *Aqua Pisarum*,  
illas Vignonis, Rapo-  
lani, Montis-alceti Se-  
narum. pag. 106.
- Tophus seleniticus albus. pag.  
103. 107. 134. seq.
- calcarius *ibid.*, ejusdem  
ana-

- analysis chemica. pag. 135. seq.  
 — quo modo generetur. pag. 106.  
 — vermiculatus. pag. 120.  
 — calcarius calcinatus in detergendas, & ad cicatricem perducendas ulceribus valde prodest. pag. 174.  
**Torrubia Joseph.** pag. 111.  
**Torrens Frigidus** vocatus in Lunensibus montibus. pag. 82.  
**Tortelius.** pag. 60.  
**Totila Gothorum Rex.** pag. 15.  
**Tozzettus Targionius Joannes.** pag. 32. 118. 123. 159.  
**Tralles Ludewig.** pag. 164.  
**Tranquillus Cajus Svetonius.** pag. 41.  
**Tremella thermalis gelatinosa, reticulata, substantia vesiculosae.** pag. 121.  
**Tremella Aponensis.** pag. 122.  
**Triovich Marcus** inveterato Rheumatismo laborans, a luto S. Bartholomæi, & aqua Montis ægrotorum, sanitatem adeptus fuit. pag. 194. seq.  
**Trogus.** pag. 7.  
**Tronus Petrus Patricius Venetus** ankilosi pedis, crure imbecilli, tumido, duro ob ipsius cruris fracturam laborans, sanitatem obtinuit operi S. Bartholomæi, & Montis ægrotorum. pag. 181. seq.  
**Tullius Marcus Cic.** pag. 88.  
**Turnefortius.** pag. 149.  
**Turra de Castello** pag. 116.  
 a **Turre Raymundus Patriarca Aquilejæ.** pag. 21.
- V
- V** Alelius Franciscus. pag. 79.  
**Valentinianus Imperator.** pag. 13.  
**Vallisnerius Antonius.** pag. 66. 81.  
**Vandellius Hieronymus.** pag. 123. 190.  
**Vandellius Dominicus.** pag. 82.  
**Varennius Bernardus.** pag. 84. 88.  
**Venetiarum aer cur optimus sit.** pag. 33.  
**Venel.** pag. 128.  
**Verliccus Joseph-Maria.** pag. 88.  
**Vernherus Transylvanus.** pag. 116.  
**Verulamius Bacconus.** pag. 109.  
**Ughellus.** pag. 24.  
**Vighizzoli Lacus.** pag. 2.

Gg Vir-

- Virgilii carmina de Antenoris adventu. pag. 10. 11.  
 Virtutes medicæ Thermarum Patavinarum. pag. 162. seq.  
 Vitrum fossile Euganeorum montium. pag. 5.  
 Vitruvius. pag. 88.  
*Ulva thermalis valvulosa*, *erecta simplex*, *capitulo subrotundo*. pag. 120. seq.  
 Ungharellus. pag. 28.  
 Untzerus Matthias. pag. 174.  
 Vogelius Rudolphus Augustus. pag. 107.  
 Volaterranus. pag. 2.  
 Vox ammissa ope balnei S. Helenæ restituta est. pag. 78.
- Ursatus Sertorius. pag. 4. 6.  
*Uva marina*. pag. 115.
- W
- W**ainwright. pag. 162.  
 Wallerius. pag. 6. 152.  
 Wormius. pag. 104.  
 Wright Edvard. pag. 165.
- Z
- Z**abarella Franciscus. pag. 24.  
 Zanettus Bernardinus. pag. 15.  
 Zanichellius. pag. 165.

EMEN\*

## E M E N D A N D A.

Pag. 3. lin. 5. Hieronymus. *lege* Joseph. p. 11. l. 28, Adice. *l.* Adjice.  
p. 12. l. 4. Troja. *l.* Troia. p. 25. l. 16. præscribere. *l.* perscribere.  
p. 33. l. 6. a mari *l.* e mari. p. 33. l. 7. est, scrib. est, quod. p. 35.  
l. 19. Αἰγαῖον *l.* Αἰγαῖον. *ibid.* l. 21. καιμένη. *l.* καιμένη. p. 36. l. 11.  
ἡδυτα. *l.* ἡδυτα. *ibid.* l. 15. Ηρακλεῖα. *l.* Ηρακλεῖα. *ibid.* l. 25. l. 25.  
p. 57. l. 33. inseruit. *l.* inservit. p. 61. l. 25. Mattheus. *l.* Matthæus.  
p. 65. l. 34. pergere. *l.* pergens. p. 67. l. 25. semusta. *l.* semiusta.  
p. 70. l. 14. Calefacti. *l.* calfacti. p. 80. l. 10. ex mare. *l.* ex mari. p. 81.  
*l.* 8. animadvertisit. *l.* animadvertisit. p. 84. l. 21. Aristoles. *l.* Aristoteles.  
p. 85. l. 23. entreintiens. *l.* entretiens. p. 87. l. 6. primier. *l.* premiere. p.  
88. l. 23. Giorgio. *l.* Georgio. *ibid.* l. 8. sententias. *l.* sententiae. p.  
89. l. 20. Tremblement. *l.* Tremblemens. *ibid.* l. 27. naturele. *l.* na-  
turelle. p. 96. l. 28. Mephiits. *l.* Mephitis. p. 98. l. 16. aut sit. *l.* an  
sit. p. 99. l. 2. continent. *l.* contienent. p. 100. l. 30. existences. *l.* ex-  
istence. p. 102. l. 27. efficisse. *l.* effecisse. p. 104. l. 24. duritiem. *l.*  
duritie. p. 108. l. 31. remanet. *l.* remaneat. p. 109. l. 16. digrediar.  
*l.* digrederer. p. 137. l. 32. abregées. *l.* abregée. p. 138. l. 1. alambicum.  
*l.* alembicum. p. 142. l. 10. cognoscitur. *l.* cognoscuntur. p. 144. l. 3.  
vitriolum. *l.* vitriolicum. p. 157. l. 6. terram. *l.* terra. p. 159. l. 2. va-  
poribus. *l.* cum vaporibus. p. 172. l. 6. sua alcalina. *l.* vi sua alcalina.  
p. 180. l. 12. laboraverit. *l.* laboravit. p. 183. l. 4. Potionbus. *l.* Po-  
tionibus. p. 183. l. 7. valitudinem. *l.* valetudinem. p. 188. l. 9. Hic  
*l.* Huic. p. 189. l. 18. reddiderunt. *l.* reddiderant. p. 191. l. 2. *l.* vul-  
nere (ut ajunt). p. 203. l. 1. aquæ. *l.* aqua. p. 205. l. 15. utatur. *l.*  
utendum est.



D O M I N I C I  
V A N D E L L I I  
A P O L O G I A  
C O N T R A  
C E L : H A L L E R U M .



P A T A V I I   C I C I C C L X .

---

EX T Y P O G R A P H I A   C O N Z A T T I .  
S U P E R I O R U M   P E R M I S S U .

DOMINICI  
VAN DELLI  
APLOGIA  
CONTRA  
CEI: HALLEBUM



PATAII CICICCI

---

EX TYPOGRAPHIA CONSALVI  
SOTIORIUM PERMISSO

# CELEBERRIMO VIRO D.D. CLAUDIO NICOLAO LE CAT

Medicinæ Doctori, Primo Chirurgo Nosocomii Rhotomagi, Professori ac Demonstratori Regio Anatomiæ, Chirurgiæ, & Sodali Regiarum Academiarum Londin: Matrit: Berolin: Imp: Nat: Curios: & a Secretis Academiæ Rhotomagi &c.

DOMINICUS VANDELLIUS  
S. D.

Ostupesces forsan, Vir Celeberrime, me rursus de Halleriana Tendinum, membranarumque Insensitivitate scribere, postquam Tu satis luculenter contrariam sententiam comprobasti & demonstrasti (1); & dum hec quæstio

A 2

num-

\* \* \* \* \*

(1) Sulla Insensitività ed Irritabilità opuscoli raccolti dal Fabri ec. parte 2. pag. 117. Traduzione della memoria sulla Sensitività della Dura e pia Madre, de' Periostj ec. del Sig. Le Cat. Sulla Insensitività ec. supplimento. Dissertazione 2. intorno alla Sensitività della dura e pia madre ec. Le Cat par. 2. pag. 7. Lettre ec. pag. 121.

numquam penes Clariores Medicinæ, & Chirurgiæ Viros antiqua artis Parentum dogmata tot sæculis confirmata in dubium revo-  
cavit. Non de hac quæstione, quæ jam a Præstantissimis Viris rejecta & abolita est,  
differere ingredior; quamvis permulta &  
recentia experimenta non in brutis animali-  
bus, sed in hominibus facta in medium af-  
ferre possem: Verum contra illa præcipue  
scribam, quæ contra me ab Ill. Hallero edi-  
ta fuere (I).

Interim Te etiam atque etiam rogo, ut hoc  
opusculum, qualecunque sit, & Tibi esse in-  
scriptum, & gratum acceptumque habere ve-  
lis, & ut decernas recte an injuste contra me  
Ill. Hallerus inveheatur.

Cæterum valeas, & vigeas in artis incre-  
mentum: Ego Te omni cultu & studio dum  
vixero prosequar.

Dabam Patavii Kal. Octob. CICICCLX.

(1) Memoires sur les parties sensibles & irritables du corps  
animal. tome quatrième. a Lausanne. 1760.




U U M audivi novam Ill. Halleri sententiam de Insensititate Tendinum, membranarum &c., quæ est contra innumeratas & pene infinitas antiquorum, & recentium Anatomicorum, & Chirurgorum observationes; illico cultro anatomico in hominum, & brutorum animalium cadaveribus nervos indagavi per propriam Tendinum substantiam, illosque inveni, & palam demonstravi. Plurima experimenta in vivis animalibus, & in hominibus institui, quibus semper antiquam sententiam confirmatam agnovi. Et eo magis in re tam gravi ad experimenta confugere necessarium duxi; propterea quod vidi nonnullos ex Italis, non veritatis amore ductos, sed solum nomine Halleri permotos novam illius opinionem amplexos esse: & hi Pedissequi Ill. Halleri facti esse videntur, ut in Republica Literaria nominari possint, & a laudato Viro laudari.

Hinc ego veritatis amore impulsus, non contemnendo Hallerum, non contendendo cum Magno Viro, experimenta mea, measque observationes tribus epistolis edidi (1): Contra primas duas Illust: Hallerus acriter scripsit: Ideoque respondere coactus sum.

Mihi vero summopere displacebat in Ill. Hallerum scribendo, debere falsas illius propositiones, manifestas contradic-

tio-



(1) Epistola de *sensibilitate* Pericranii, Periostii, Medullæ, duræ Meningis, Corneæ, & Tendinum. Patavii. 1756.

Epistola secunda & tertia de *Sensitivitate Halleriana*. Patavii.

1758.

Etiones, nec non sensuum meorum mutationes palam facere. Id ago, non ut injuriam Præstantissimo Viro afferam; sed ut vim vi repellam, & eo robore & nisu, quo Aggressor in me irruit.

Priusquam ad rem deveniam, artes Halleri indicare jubar; quamvis ipse ajat se in hac quæstione cavillis non uti (1).

Ill. Hallerus omni studio suorum Adversariorum famam (2), probitatemque (3) deprimere conatur, suoque Pedisequos ad sydera extollit (4). Anatomici a me nominati in prima epistola (5) nomen mutat, ut a nullo agnoscatur (6). Ut vero experimenta cujusdam Pedisequi in pretio habeantur, ait Hallerus, illa in Academia Bononiensis Instituti coram Academicis ab ipso facta fuisse (7); quum Bononiensis auctor in sua Itala epistola fateatur non in Academia experimenta fecisse; sed illa Academiæ tantummodo exhibuisse, idest si hæc vellet, facienda obtulisse (8), ut testari possunt Celeberrimi Academiæ Viri. Si hæc omnia legeret gravissimus Vir Hambergerus, rursus fortasse illa scriberet, quæ olim (9).

De-

(1) Memoires cit. sect. I. pag. 24. ait Hallerus *Je vais donner mes raisons les premières, & je ne me prévaudrai pas du petit artifice si commun dans les disputes.*

(2) l. c. pag. 51. 72.

(3) l. c. pag. 62. 72.

(4) l. c. pag. 38. 41. 48. 73.

(5) Epist. 1. §. 6. pag. 215. epist. 2. §. 55. pag. 240.

(6) Memoires cit. pag. 50.

(7) Memoires cit. tom. 3. pag. 1. (a) *Cette lettre fut lue par l'auteur dans l'assemblée de l'Institut des Sciences de Boulogne... & fut voir aux savans, qui la composent, ses expériences, & ses observations sur cette matière.*

(8) *Sulla Insensibilità &c. Raccolta. part. I. pag. 269.* (1) *Questa lettera fu letta dall'Autore nell'Accademia dello Instituto delle Scienze &c.... ed elibì alla stessa Accademia le sperienze, ed osservazioni su tale materia.*

(9) *Hallere laudas misella scripta, modo in iis legatur Hallerus Splen-*

Demum aliis prætermissis, experimentum duræ matris a suis Sectatoribus sæpe visum, Hallerus se numquam obser-  
vavisse perhibet (1), an quia id propriæ sententiae contra-  
rium est.

Modo veniam ad ea, quæ magis responcionem meren-  
tur (2). Pagina ad libri oram adscripta indicat, quam in  
paginam erit responsio.

### §. I.

Ill. Hallerus inter suos violentos Adversarios me recen-  
set (3), qui neque ejus famæ, neque probitati peperce-  
rim. Verum enim vero istam Hallero opinionem de me  
evellere ex animo debebant ipsæ meæ tres epistolæ, in qui-  
bus

„ *Splendidissimus, Aevi nostri Sydus*; quæ vero hos flosculos vel  
„ similes non continent, ea tibi non probantur. In hæc igi-  
„ tur iniquam & acerbam exerces censuram, & verba sen-  
„ sumque mutas, ut habeas quod obijcas. Quod si auctor se  
„ se defendit, conviciis illum exagitas, & omne acerbitas  
„ virus in eum effundis; judicem te geris in propria causa  
„ . . . . Eadem controvertendi methodus tibi fuit, cum b.  
„ Coschwizio, Cel. Kramero, Ill. Van-svitèn, Ill. Hubero  
„ conterraneo & collega tuo disputares. Sane, hoc modo si  
„ pergas agere, id efficies, ut viri honesti omnes eos Auctores,  
„ quos laudas, minimum inter adulatores tuos referant, istos  
„ vero, contra quos aliquid mones inter viros probos, hone-  
„ stos, & doctos numerent. Georgii Erhardi Hambergeri de res-  
pirationis mechanismo &c. dissert. Jenæ. 1748. cui adjecta sunt  
Alberti Haller de respiratione experimenta, cum Hambergeri  
animadversionibus. pag. 129. \*\*.

(1) Mem. tom. 4. exp. 5. pag. 15. exp. 6. pag. 17. 27.

(2) Mem. tom. 4. *Reponse générale aux objections qu'on a faites contre l'insensibilité des plusieurs parties du corps animé.*

(3) Ont trouvé des adversaires violens (M. Bianchi de Turin, M. M. Vandelli, Girard, Radnizki, Fè), qui n'ont épargné ni ma pro-  
bité, ni aucune des qualités, qui pourroient m' attirer la bonne  
opinion de mon siècle.

bus nihil nisi rationes & experimenta propriis contraria Hallerus invenisset; quod si contra Halleriana experimenta scribere, atque sentire, idem sit ac ejus famam, & probitatem deprimere; non de me solum queri, sed pene de tota Anatomiae, Medicinæ, & Chirurgiæ Republica deberet, quæ semper in antiqua & contraria sententia inhæret.


## §. II.

24. Neque nervos, neque cutim insensibilem Hallerus umquam reperit (1) in plurimis suis experimentis, an quia hoc indicaret, bruta animalia non semper apta esse ad sensum demonstrandum. De nervis hoc facile credo, quia ego semel nervum insensibilem expertus sum (2); attamen cutim insensibilem saepius inveni (3), idemque Cel. Le Cat (4), Laghius (5), Girard de Villars (6), Bianchi (7), M. R., Pater Tosettus (8) observavere.

## §. III.

25. Hac in pagina clamore & pompa numerus observationum in hominibus, & experimentorum in brutis animalibus in medium affertur: Ego vero nonnullas observationes in hominibus institutas adducam, & eas, quæ ex operibus Halleri Adversariorum excerpere potui; relinquendo tamen illas Remarii, Whyt, Krause, Radnitzki, Vandenbos, aliorumque, quorum opera usque adhuc ad me non pervenere.

Ve-



(1) Je n'ai jamais vu d'animal insensible aux blessures des nerfs, je ne crois pas en avoir vu d'indifferens à celle de la peau.

(2) Ep. 1. §. 13. pag. 215.

(3) Ibid. pag. 215.

(4) Dissert. 1. pag. 124. Racc. part. 2.

(5) Racc. parte 2. pag. 111.

(6) Ibid. pag. 203.

(7) Lett. 1. Ibid. pag. 28. & seqq. cap. 2. Lett. 2. pag. 48.

(8) Racc. part. 1. Lettera 1. pag. 170.

Verumtamen si omnium Halleri Adversariorum singulas observationes, ac eas ab Artis nostræ incunabulis usque ad hoc tempus habitas, hic enuntiasem, nimia quantitate paucæ Hallerianorum observationes obruerentur; attamen ab iis, quas modo enumerabo, satis superantur.

Et ut æquo & justo judicio perpendantur observationes, quæ Halleri vocantur, & quæ extant ex parte contrariæ sententiæ, in duabus tabulis omnes seorsim recensebo: Et ecce Halleriana Tabula

Pericranii - observationes	8
Periostii - - - - obs.	3
Duræ Matris - - - obs.	11
Capsularum articulationum obs.	1
Tendinum - - - - obs.	19
Pleuræ - - - - obs.	1

Sequens Tabula continet observationes ab Anatomicis, Medicis, Chirurgis factas, quibus declarantur partes, quæ sunt in controversia, esse sine dubio sensibiles.

Pericranii - observationes	26
Periostii - - - - obs.	13
Duræ Matris - - - obs.	34
Piæ Matris - - - - obs.	3
Capsularum articulationum obs.	9
Corneæ - - - - - obs.	8 &c.
Peritonæi - - - - - obs.	1
Tendinum - - - - - obs.	20
Offium medullæ plures observationes.	

Huic Tabulæ (ad quam conficiendam quibus auctoribus usus sim copiosiore Tabula in fine ostendam.) diversas alias observationes, & maxime quatuor de infensitivate

cerebri adjungere possem , si opus esset : Prætermitto quoque experimenta in brutis animalibus facta , quippe non brutorum sed hominum observationes hanc quæstionem decernere debent .

## §. IV.

28. Omni studio Hallerus demonstrare conatur , nervos quinti paris nullo pacto ad duram matrem pertinere , quia Cl. Mekelius , ipse Hallerus , M. R. Pater Tofettus , Clericus quidam , & Bononiensis eos detegere non potuerunt . Mekelium magni facio , cum diligens , & celebris sit Anatomicus ; Hallerum plurimi facio ; sed ejus auctoritas in hac re parum valet , quia propriæ sententiæ hæc parere debet ; R. Pater Tofettus , Clericus , & Bononiensis numquam fuisse Anatomici ; imo primi duo numquam ad Anatomen incubuerunt . Cl. Mekelius autem dixit , loquens de nervis duræ Matris ( 1 ) „ Præter has adhæsiones , fibras nerveas „ five furculos in duram matrem ab hoc nervo excurren- „ tes , etiam si omni studio in illos inquisiverim , numquam „ invenire potui . „ Igitur Cl. Mekelius hos *nervos numquam invenire potuit* ; hos tamen Cl. Laghius , & ante ipsum alii Cel. Anatomici invenere : Quibus ex iis credendum sit , Lectori dejudicandum relinquo .

## §. V.

31. In quærendis tendinum nervis , non sufficit nervos a musculo ad tendinem prosequi ; inquirere & prosequi oportet nervorum ramos tendini propinquos , qui an tendini nervos suppeditent , anatomico cultro nos certiores fieri debuimus . Quemadmodum Cl. Laghio , & mihi observare contingit non



(1) *Tractatus de quinto pare nervorum cerebri . Gottingæ . 1748 .*  
§. 33. pag. 21.

non solum eos esse in vagina tendinis, sed ipsam & propriam tendinis substantiam ingredi.

## §. VI.

Suos Sectatores nominat Ill. Hallerus. Nos etiam separata Tabula suos Adversarios adducimus, 37.

## Halleri Sectatores.

*Mult: Reverendi Patres*

Tosetti, Petrini, Audrich, Pozzi.

*Clericus* Fontana.

*Medici simplices*

Morandi, Gratiani, Basfani

Caldani Bononiensis, & Discipulus Cl. Tacconi.

*Chirurgi*

Paliani, Morretti, Verna.

*Alii vero nobis incogniti*

Vivienzi, Piazza, Cigna, Farion, Bordeneave, Hunter, Emett, Broklesby, Muhlmann, Houffet, Mieg.

Cl. Larber, & Fracassini obiter aliquid direxere de insensitivitate in eorum operibus.

Halleri tamen Discipulorum nomina praetera, quia illi cum Præceptore grati animi caussa sentire debebant.

Contra Hallerianam sententiam de Insensitivitate, & Irritabilitate scripsere sequentes Anatomiae, Chirurgiae & Medicinæ Professores.

Claudius Nicolaus Le Cat *Medicus, Primus Chirurgus Nosocomii Rhotomagi, Professor, & Demonstrator Regius Anatomiae, Chirurgiae, & Celebrium Academiarum Socius &c.*

Delius *Medicinæ Professor in Universitate Erlang: Alexander Monrò. Celeberrimus Anatomicus Edenburgi. Lotteri Chirurgiae Professor in Taurinensi Universitate. Bianchi Anatomæ Professor in Taurinensi Universitate. Lamberti Primarius Chirurgiae Professor Alexandriæ Liguriæ, atque Chirurgus ex Collegio Regiæ Universitatis Taurinensis.*

Ponticelli *Archiate Reg: Celsit: Hispaniarum Infantis Ducis Parmæ &c.*

Laghius *Publicus Anatomiae & Medicinæ Professor Bononiæ, Academicus Pens: Benedictinus in Instituto Scientiarum & Artium, nec non Nosocomii Vitæ Medicus.*

Tacconi *Medicus, Publicus Anatomæ emeritus Professor Bononiæ, & in Nosocomio de Morte Medicus Physico-Chirurgus.*

Petrioli *Cl. Anatomicus Romæ.*

Girard de Villars *Medicus Monspelliensis.*

Rossi *Medicinæ Lector in Mutinensi Universitate, & Botanices Demonstrator.*

*Medici, & Chirurgi Cl:*

Sanseverini, Arrigoni, Fè, Reimarus, Villesavoye, Whytt, Krause, Vandebos, Radnitzki, Fabri, Bertossi.

In hac Tabula certe nullos Cœnobitas regulares, neque irregulares, neque Clericos invenies, quibus, si viveret Sba-

ra-

raglia , diceret (1) „ Isti prædicent & orent , & se absti-  
„ neant ab impropria cognitione , militent Christo , & opi-  
„ nionibus secularibus non se implicent . „

## §. VII.

Hallerus asserit Cl. Molinellum observavisse duram ma- 38.  
trem absque sensu ; sed ipse Molinellus anno 1721. „ Retu-  
„ lit (2) ad Academiam observationes varias , in quibus  
„ erat hoc experimentum : Sinistram cranii partem cani vi-  
„ vo aperuerat , tum duram matrem iterum & sæpius pun-  
„ gens observaverat , canem convulsionibus quidem torque-  
„ ri variis , præsertim cum ea pars duræ matris pungere-  
„ tur , quæ maxime ad os adhærebat . „ Idem experimen-  
„ tum pluries elapsis annis coram Halleri Sectatoribus Cl.  
Molinellus repetivit duram matrem vellicando ubi ad os ea  
adhærebat , & semper sensibilem valde illam periclitatus est ,  
ut sæpe Cl. Vir me certiore fecit .

## §. VIII.

Paliani Romæ Chirurgus *Celebris* creatur , ut quoque Co. 41.  
Algarotti *Celebris* & *Illustris* , ut revera est , nunc vocatur  
ab Hallero , quia cum ipso ii Cl. Viri sentiunt de hac quæ-  
stione ; quamvis contra Algarotti nimis ruditer invehatur  
in primo tomo Diarii Bernensis , inter cujus Diarii Au-  
tores ipse Hallerus est .

## §. IX.

Cel. Hallerus suorum Adversariorum experimenta refert , 42.  
quæ aliquomodo suam sententiam confirmare videntur . Ideo-  
que 47.

(1) Oculorum & mentis Vigiliae . in Prefat . pag . xxii .

(2) De Bonon . Scient . Instit . & Acad . Coment . tom . i . exp . Anat .  
pag . 139 .

que non eos reprehendere, sed laudare debebat, quia illi veritatem amant, & quidquid eis contingit experiundo palam faciunt, nec quidquam abscondunt, ut fortasse aliorum mos est. Zinnius tamen, & M. R. Pater Pozzi, Zimmermannus veritatem omnino non celant; primus enim (1) plura experimenta perhibet de cerebri insensitivitate; Pozzi tria experimenta habet de sensu duræ matris (2), Zimmermannus (3) valde sensibile pericranium invenit; Cl. Molinellus (4) pluribus experimentis duram matrem sensibilem reperit. Sed miror, Hallerum, aliter quam sunt experimenta suorum Adversariorum, retulisse, tamquam hæc propriæ opinioni favorabilia fuissent. Hallerus igitur dicit, Sanseverinum verè duram matrem insensibilem invenisse (5). Verum ipse Sanseverinus (6) in duobus pullis gallinaceis, supra quæ animalia experimentum fecit, non solum duram matrem insensibilem observavit, imo totum ferme cerebrum gladioli apice paulatim extraxit, & animal in eadem persistit indolentia; & paulò infra, in alio pullo, dicit,, dum dura mater „ pungebatur, nullum animal doloris sensum indicabat, sic „ quoque dum acu externa capitis integumenta pungebantur „. Quæ cum ita sint, hæc experimenta nihil profunt ad Halleri sententiam; imo indicant, quod ego alibi dixi, animalia non semper apta esse ad sensum demonstrandum, etiam in partibus, absque controversia, sensu exquisito præditis.(7) Hallerus affirmat, Cl. Lorry dixisse laxatum tendinem absque sensu esse (8); sed ipse Lorry (9) dicit, tunc in

(1) *Supp. Racc. part. 1. pag. 94. & seq.*

(2) *Part. 1. Racc. pag. 232. & seq.*

(3) *Ibid. parte 1. pag. 79., & pag. 116. §. 49.*

(4) *Part. 1. pag. 290. & seqq.*

(5) *M. Severini a trouvé de bonne foi, la dure mere insensible.*

(6) *Racc. parte 2. pag. 70.*

(7) *Ep. 1. §. 5. pag. 214.*

(8) *Pag. 44. M. Lorry, est convenu, que le tendon relaxé ne sent pas.*

(9) *Racc. part. 2. pag. 188. & seq.*

in tendinis punctura nullum vehementem dolorem observavisse, non jam absque sensu reperisse tendinem, qui ita fauciatus dolorem maximum animali attulit in cruris extensione. Subiicit Hallerus dicens, Cl. Petrioli dedisse experimentum de pericranii insensitivitate (1); sed si Hallerus legisset ipsius Petrioli rationes (2) contra hoc experimentum, quod absque necessariis diligentias ac animadversionibus institutum fuit, certe Hallerus non recepisset experimentum hujusmodi tamquam sibi propitium. Dicit quoque Hallerus, quod *Girard de Villars* scripsit, tendinum irritationem non produxit dolorem, & difficulter nervos duræ matris demonstrari (3); ast aliter *Girard de Villars* scripsit (4), idest „Dum propria defensus membrana nervis „perforata velut, cooperiebatur tendo, major sensititatis „gradus se se mihi venit constanter observandus, quam „cum sedulè nudabatur. „ Hic loquitur de majori, aut minori sensitivitate tendinis, non jam de ejusdem insensitivitate; & alio in loco (5) ipse *Girard* ait „sic autopsia „demonstrat eximiam sensititatem in dura matre, & ten- „dinibus nudis, in quibus ægerrime reperit nervos Mekel „peritissimus Anatomicus. „

Ex dictis igitur patet *Girard de Villars* non dixisse tendines esse insensibiles, (sicuti Hallerus autumat,) & retulisse Mekelii difficultatem in nervis inquirendis. Verum jam me pudet in hujusmodi commentis refutandis versari. Pergo ad alia.

## Suam

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(1) pag. 45. M. Petrioli rapporte une expérience en faveur de la insensibilité du péricrane.

(2) Racc. parte 2. pag. 262.

(3) pag. 47. M. Girard s'est vu reduit à avouer, en faveur d'une théorie qu'il appelle empoisonnée, que souvent l'irritation des tendons ne produit pas de douleur, & qu'on a bien de la peine à démontrer les nerfs de la dure mère.

(4) Racc. parte 2. pag. 204.

(5) Ibid. pag. 210.

## §. X.

48. Suam diligentiam in experiendo declarat Hallerus, vide-  
licet distinguendo tendines, & vasa a nervis; ita ut sui Ad-  
versarii Clarissimi Anatomici, Chirurgi & Medici nervos a  
vasis & tendinibus non distinguant.

Aliqui sui Discipuli, Hallerus ait, quod a Posteritate in-  
ter majores Anatomicos Seculi æstimati erunt, quia suo-  
rum experimentorum Socii fuere. Hæc fides, & spes fit pe-  
nes Auctorem.

## §. XI.

50. Miror cur Hallerus mutaverit nomen Anatomici, nisi  
forte ut eum inter viros incognitos locare posset: Si enim  
latinè *Mediaviam*, aut vulgo *Mezzavia* (1) Publicum  
Anatomiae Incisorem legisset in meis epistolis, non vero  
*Mezzana*; illico Hallerus agnovisset virum *incognitum* non  
esse *Mezzavia*, aut *Mediaviam*, qui a Celeberrimo, Mor-  
gagnio diversis in locis suorum operum (2) magna cum  
laude nominatur, qui Publicus Anatomiae Incisor est in hac  
Universitate, Philosophiæ, & Medicinæ Doctor, Sacro huic  
Collegio aggregatus, & antea Medicus Chirurgus hujus No-  
fo-

(1) Ep. 1. §. 6. pag. 215. Ep. 2. §. 55. pag. 241.

(2) *Morgagnius* ep. 1. dat. 1726. §. 56. pag. 65. sic ait, non a  
„ me medo, aut ab Nicolao Mediavia Philosophiæ & Me-  
„ dicinæ Doctore, cuius egregia opera jam aliquot annos in  
„ publicis utor dissectionibus. „ Epist. 3. dat. an. 1739. § 4. „  
„ nominatim Nicolao Mediaviæ Philosophiæ & Medicinæ  
„ Doctori, apud me in publicis privatisque dissectionibus  
„ sedecim jam annos exercitatissimo, „ Ep. 12. §. 1. 42.,  
„ ep. 10. §. 20., ep. 11. §. 10., ep. 15. §. 41., „ Ep. 20. §. 5.  
„ §. 42., Nicolao Mediavia hujus Nosocomii Medico Chi-  
„ rurgo meritissimo, æque in Anatome administranda, ac in  
„ utraque facienda Medicinæ parte cauto & diligentem. „

socomii, qui per XXXVII. annos summa peritia & dexteritate anatomen exercet, & Celeberrimo Morgagnio Anatomicorum Principi in cadaverum sectionibus operam praestat. Itaque anatomen possidebat, & publicè exercebat, priusquam Hallerus Lauream Doctoratus assumeret, nempe quinque annos ante. Quod vero spectat ad Halleri propositiōnem, scilicet *M. Vandelli s' est servi de M. Mezzana*; hanc falsam omnino judico, quia ego *Mezzana* numquam agnovi, & Cl. *Mezzavia* aut *Mediavie* tria dumtaxat experimenta retuli in duobus canibus publicè in hoc Archigymnasio habita.

## §. XII.

Hallerus putat, scalpellum plus aequo duræ matri admotum pungere cerebrum (1); & si sensus appareat, hunc cerebri esse, non duræ matris.

51.

Nos vero demonstravimus cerebrum in hominibus, & brutis animalibus, si medullam oblongatam excipias, insensibile esse, idque ab ipso Halleri Sectatore Zinnio (2) suis experimentis confirmatur.

## §. XIII.

Suos Adversarios Hallerus respuit, quia, ut ipse perhibet, illi non sunt Anatomici (3); nihilo tamen minus eorum plerique anatomen aequo possident ac ipse Hallerus, qui eadem ratione proprios sectatores reiucere, & despicerē deberet, qui nihil de anatomia sciunt, paucis exceptis; alii enim vix cultrum anatomicum agnoscunt.

51.

C

Ea-

(1) Un scalpel un peu plus fortement appliqué à la dure mere pique le cerveau &c.

(2) Supp. Racc. part. I. pag. 94. & seq.

(3) Mais je suppose, qu'ils eussent travaillé eux mêmes, qu'ils me pardonnent, après les violentes expressions, dont ils se sont servis contre moi, je le recuse, ils ne sont point anatomistes.

## §. XIV.

Eadem in pagina Hallerus Adversariorum famæ aliquid detrahendo, conservationem gloriæ suæ quærit; nam ait suos Adversarios nullo invento, aut anatomica inquisitione secuta cognitos esse: Huic propositioni satis superque respondet tabula a me allata Halleri Adversariorum, in qua plures Præstantissimos Anatomicos invenies.

Quod ad me attinet, puto non penitus incognitum esse; siquidem præter tres epistolas de *Sensitivitate*, quarum prima continet tabulam Achillis Tendinis cum nervis; dissertationes tres edidi (1) ad historiam naturalem pertinentes, in quibus aliquot nova animalia descripsi, sicuti me certum facit Cel. Eques Carolus Linnæus (2); nuper opusculum chymicum e prælo exivit (3) & cito aliud opus prælum subibit (4). Si vero omnia edere voluisse, ut aliquorum mos est, plures anatomicas animadversiones præcipue contra Hallerum haberem, aliasque observationes, quibus alibi utar. Quæ attingere hic volui, non quærendæ laudis gratia, sed reprehensionis depellendæ. Hallerum rogo, ut mihi indicet inventa, quæ scripsere Itali Reverendi Patres, & alii Itali Sectatores?

Hallerus autem ex sua sententia inter anatomicos parum caput extollere potest, dum minima anatomica inventa spernit, & nullius momenti existimat (5); nam & sua inventa anatomica minima sunt, ideoque flocci ea facienda, ex ipsius Halleri dictis patet.

## §. XV.

(1) *Dissertationes tres* I. de *Aponi Thermis*. II. *De nonnullis Insectis terrestribus, & Zoophytis marinis*. III. *de Vermium terræ reproductione, atque Tænia Canis*. Padavii. 1758.

(2) Cujus unam epistolam in fine hujus Apologiæ subiijcam.

(3) *Analisi di alcune acque medicinali del Modonese*. Padova. 1760.

(4) *Tractatus de Thermis agri Patavini*.

(5) *Mem. cit. tom. 4. pag. 85.*

## §. XV.

Auctoritate M. Reverendi Patris Tosetti adserit Haller- 55.  
rus, quod in Italibus experimentis, quando tendo sensibilis  
apparebat, vagina, aut cellulosa tela tectus adhuc erat.  
Miror quomodo Reverendus Pater de omnibus Italibus expe-  
rimentis tam tuto decernere possit, qui Romæ duntaxat ex-  
perimenta vidit. Verum pace Reverendi Patris, in hac  
quæstione, ejus auctoritas nihil consideratur, quia Hallerus  
cum Anatomicis solummodo loquitur, & maxime cum iis,  
qui in Anatome inventa fecerint.

## §. XVI.

Quis vero satis mirari possit, cum dicit Hallerus, me 57.  
symptomata & mortem aliquorum hominum a durae matris  
læsione repetiisse, dum ulcera cerebri agnoscebam (1). Omnino  
enim hoc falsum est; quia pag. 236. ab Hallero *citata*,  
„ sic dico „ Cerebrum, quod ab aliquibus Præstantissimis  
„ Viris tam sensile creditur, sensu caret, solumque sentit  
„ medulla oblongata. „ Et ad hujus propositionis compro-  
bationem duas observationes in hominibus cum cerebri ul-  
ceribus, & duo experimenta in brutis animalibus adfero  
(2), & nihil hic loquor de meningum sensu.

Hæc igitur est Halleri methodus propositiones commuta-  
re; quod novum minime est; in aliis enim controversiis  
cum Hambergero &c. idem fecit. Et nunc hoc artificio uti-  
tur ad probandum Adversariorum observationes in homini-  
bus indeterminatas esse (3). Aliquis certe imposterum

C 2

Hal-

(1) M. Vandelli dérive (*ibid. pag. 236.*) les symptomes, & la mort de différentes personnes des lésions de la dure mère, dans le temps qu'il reconnoissoit dans ces malades mêmes, des ulcères au cerveau.

(2) Ep. 2. §. 30. 32. 34. & seq.

(3) Hallerus *l.c. pag. 56.* Les preuves, qu'on a voulu tirer de l'homme même, sont encore plus indéterminées.

Hallero difficulter fidem præstabat, nisi potius de eo dicat, quod Hambergerus (1).

## §. XVII.

59. Ill. Hallerus, qui in sua dissertatione (2) absque nervis, ac omnino insensibilem oculi corneam decreverat, eamque fauciaverat sine dolore; modo nesciens qua ratione se defendere possit contra multas observationes in hominibus habitas ab Adversariis, quæ sensibilem corneam monstrant; dicit corneam conjunctiva vestiti, sub qua nervi quinti paris sunt (3); sed si nervi ibi essent, ut ego indicavi (4), & opaci essent, ut Hallerus (5) cum suis Pedisequis (6) vult, visio offenderetur ab opacis nervis, & nos continue nervorum ramulos videremus. Ex quibus deducitur, aut cornea sentit absque nervis, aut cum nervis: si primum Hallero oppositum; si secundum, nervi opaci visionem offendenter.

Uni-

(1) „ Numquam sane credidissem hominem tantæ famæ, ab omnini honestate, fide, pietate, atque pudore adeo alienum esse, quam hinc se præbet Hallerus, non tamen miror, videt famam periclitari, argumentis quæ veri fidem faciant se tueri nequit, hinc non potuit non pessimam causam pessimo defendere modo. „ Hambergerus l. c. pag. 149. \*

(2) *Dissertation sur les parties Irritables & sensibles des animaux* &c. Lausanne. 1755. sect. 1. pag. 38. sic scribit Hallerus je n' ai jamais pu voir des nerfs dans la cornée qu'on perce sans aucune douleur.

(3) *La conjonctive la recouvre, & qu'il y a entre cette membrane & la cornée des branches de nerfs de la cinquième paire, qu'ils ont irrités.*

(4) Ep. 2. §. 40. pag. 238.

(5) l. c. pag. 70. (f).

(6) Mem. cit. tom. 3. pag. 188. §. 16. pag. 405. §. 17.

## §. XVIII.

Unicum experimentum suorum Sectatorum sufficit, juxta 60.  
Halleri judicium, ad insensitivitatem tendinis, & duræ ma-  
tris demonstrandam; sed illi, paucis exceptis, non sunt ana-  
tomici, ideoque ab Hallero non æstimati, & per consequens  
eorum experimenta nihil Hallero prosunt.

## §. XIX.

Pergit porro Hallerus dicens suorum Adversariorum ex- 61.  
perimenta pauca esse ratione habita ad propria. Hic re-  
spondere sufficit, in tabula a me allata observationes in ho-  
minibus majori copia Hallerianas observationes superare;  
experimenta tamen in brutis animalibus non retuli, quia  
de hominibus agitur, non jam de brutis animalibus.

## §. XX.

Cl. Laghius ambiguate (1) usus non est, quum dixit, 64.  
Hallerum sibi contradicere de telæ cellulofæ sensu, quia  
Hallerus eam modo cum sensu (2), modo absque sensu  
fecit (3). Neque confugiendum est ad *errata*, quia hæc  
omnino desunt in prima gallica editione (4), quæ dunta-  
xat in ultima editione leguntur (5); quare si aliaæ editio-  
nes

(1) Mém. cit. tom. 4. pag. 64. Hallerus sic ait. *M. Laghi s' est prévalu d'un équivoque, qui rende le tissu cellulaire sensible, contre mes déclarations les plus précises, & malgré l' errata qui redresse la faute d'impression.*

(2) Dissertation sur les parties irritables & sensibles ec. a Lausanne 1755. sect. I. pag. 20.

(3) Ibid. pag. 9.

(4) Ibid.

(5) Mémoires sur la nature sensible & irritable ec. tome I. a Lausanne. 1756. pag. 3. Dissertation sur la Sensibilité ec. Errata pag. 399. & seq.

nes sient, sperandum est, quod aliquos errores ab Adversariis notatos Hallerus corriget.

## §. XXI.

64. Hallerus me redarguit, quia dixi (1) „ de Ligamentis „ vero experimenta, & verba facere inutile existimavi, „ dum jam omnes antiqui, atque recentes Auctores hæc in- „ sensibilia credunt, inter quos recensentur a Cruce, de Vi- „ go, Paræus, Cauliacus, Theodoricus, Falloppius, Peccet- „ tus, Aquapendens, Barbetta, Tagaultius, Mangettus, „ aliquique ... „ Imo ipse Hallerus me objurgat, quia Ri- „ verii, & Galeni auctoritate (2) usus sum de hac re; sed mehercle hos auctores non nominavi: Quare suspicor, Hallerum loqui facere suos Adversarios, quomodo sibi placet.

## §. XXII.

66. Hic Hallerus affirmat numquam *pericranium* inter partes insensibiles posuisse (3): Hæc nimis manifesta contradicitione est: Cl. Auctor forsan oblitus est, se antea dixisse in prima gallica editione suæ dissertationis, quæ *errata* non habet (4), ut etiam in ultima editione, *pericranium* considerari periostio simile, ideoque absque sensu. Plura in his,

quæ

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(1) Ep. 2. §. 78. pag. 227. & seq.

(2) Mem. cit. tom. 4. pag. 64. M. Vandelli convenoit de l'insensi- bilité des ligamens: Mais il a trouvé dans Riviere, dans Galien même ec.

(3) On a accumulé (M. M. Vandelli, Lamberti, Sanseverini) des expériences pour prouver contre moi, que le péricrane est sensible, & je n'avois jamais dit le contraire. Pressés de me refuter, la plupart de ces auteurs m'ont attaqué, sans m'avoir lu.

(4) Dissertation sur les parties Irritables & sensibles des animaux. Lausanne. 1755. pag. 21. Je n'ai point été surpris de le trouver in-

quæ in proximis paginis afferuntur, sciens, volensque prætermitto.

## §. XXIII.

Numquam ego tendinibus nervos cutis tribui, sicuti in- 70.  
considerate scribit Hallerus (1).

## §. XXIV.

De nervis piæ matris cerebelli conscripsi quid Lancisius 70.  
dixerat (2), nempe „minime vero prætereundum est, quod  
„meninges nervorum surculos hinc, illinc seorsim a san-  
„guiferis accipiunt; nam id perspicue spectamus in cere-  
„bello, cujus tenuis meninx nervulos utrinque ab internis  
„petroforum ossium cavitatibus, atque ex nervis auditoriis  
„recurrentes obtinet. „

Si

insensible ( idest periostium ), dans les nombreuses expériences que  
j' ai faites sur la tibia, le femur, le metatarsé, & le péricrane,  
qui est de la même nature que le périostie. Et pag. 22. M. Tiffot  
Discours préliminaire pag. xix. Parties insensibles recenset Pericra-  
nium .

Hallerus idem dicit in ultima editione ejusdem dissertationis  
tom. 1. pag. 23. & seq. Insuper Hallerus in tom. 4. pag. 38. sic  
scribit M. Molinelli m'a dévancé sur les expériences de la dure mere,  
& sur le péricrane. Demum pag. 26. & 158. & seq. §. 4. refert Halle-  
rus observationes & experimenta circa pericranii insensititatem.  
Igitur aut Hallerus insensible credit pericranium, aut non; si pri-  
mum recte observationes & experimenta retulit; si secundum, inu-  
tiliter; sed si Hallerus insensible pericranium non decrevisset, cer-  
tè hujusmodi observationes & experimenta tacuisset.

(1) Ep. 1. §. 55. pag. 223. & tab.

(2) Opera varia tom. 2. dissert. 7. de sede cogitantis animæ. pag. 106.

## §. XXV.

71. Si Halleri Adversarius observationem habet, quæ a Chirurgo Taurinensi aliter edita fuit, nil mirum; dum ex epistola D. Moscatti filii Cl. Moscatti Mediolanensis sic habetur de ipsius Chirurgi fidelitate in observationibus referendis. Ho ricevuto la lettera del Sig. Giambattista V. . . . dedicata al Sig. Haller, nella quale ho letto, ed osservato due cose: una che la composizione non mi par sua, ma allo stile del Sig. Dott. S. . . ; L'altra, che non tutte le ivi riportate osservazioni sono vere, stante che, la prima, di cui io ne fui vicinissimo ed attentissimo testimonio, segù opposta alla maniera con cui si racconta; imperocchè lo ammalato sentì assai squisitamente, onde mi maraviglio, che l'Autore abbia ardire di stampare simili cose, e che il Sig. B. . . . si lasci citare per testimonio di simili fandonie.

## XXVI.

72. Certe nullo pacto Halleri Antagonistis deficit anatoimes cognitio, observationum diligentia, qui a critica alieni, in judiciis æqui, & in rebus quas sunt experti, fideles sunt: Quæ res omnes in singulis Halleri Sectatoribus tam facile reperiri non est, si paucos excipias.

## §. XXVII.

73. Verum Hallerus sui candoris (1) multa testimonia dedit in aliis quæstionibus ac in præsenti, ut ex dictis clare patet.

Om-

(1) Je crois avoir donné assez de preuves de ma candeur, & de mon attachement unique au vrai.

## §. XXVIII.

Omnis diligentia ab Hallero, suisque Sectatoribus adh- 75.  
bitæ, a nobis pariter in usu positæ sunt; ideoque inutiliter  
hoc repetere existimo.

## §. XXIX.

Si Halleriani omnia experimenta nuda absque cavillatio- 76.  
nibus enuntiassem, multa contraria sibi meti p̄is scripsissent.  
Florentiæ, Bononiæ Viros oculatissimos habemus, qui ali-  
ter, quām scripta sunt, experimenta viderunt.

## §. XXX.


Qua ratione Ill. Hallerus scribere potest, quod sui Ad- 80.  
versarii nervos non disjunixerint a tendine Achillis, flexore  
cruris, capsulis, pleura, pericranio, parotide (1), quum  
sensum in his partibus observavere? Imposterum igitur Hal-  
leri Adversarii Anatomes & Chirurgiæ Professores anato-  
men discent a Mult. Reverendis Patribus, & Clericis? Ego  
tamen pluries nimis diligens fui, quia in vivis canibus ner-  
vos ad musculos flexores cruris posterioris pertinentes scidi,  
quare musculos omnino insensibiles vidi.

## §. XXXI.

Frustra Hallerus refert Caroli IX. exemplum tamquam 82.  
a tendinis punctura; cum ipse Paræus afferat a nervi pun-  
ctura (2) hoc infortunium accidisse.

D

Prius



(1) Les nerfs voisins du tendon d'achille, des fléchisseurs de la jambe, des capsules en général, de la pleure, du péricrane, de la parotide n'ont pas été séparés par mes adversaires, quand ils ont cru voir du sentiment à ces parties.

(2) Opera Chirurgica ec. Francofurti ad Mœnum. 1594. cap. 38.  
pag.

## §. XXXII.

222. Priusquam ad tomi tertii examen deveniam, operæ premium duxi animadvertere, Hallerum mihi errorem tribuere de Balanis.

Quod scriptum est contra me de Balanis nihil pertinet ad quæstionem de partium insensitivitate. Hujus objectionis Author ob sui nomen nullum responsum mereretur; Fama hujus Viri satis jam demonstrata fuit inter alios a D. Carli Senensi (1), & a Ciriaco Sincero Mutinensi (2). Igitur numquam scribam in hunc Virum satis cognitum, quia hic omnibus gaudet, quæ contra ipsum dicuntur, & tamquam Bufo percussionibus immobilis fit & tumet. Modo dicam de iis, quæ contra me scripta sunt de Balanis, quia hæc allata sunt ab Ill. Hallero.

Epistola continens istiusmodi objectionem latinè edita fuit in excerpto Italicæ (3) Litteraturæ, ac in tomo tertio horum commentariorum Halleri, in gallica lingua, versa (4), fortasse ob Insensitivitatis quæstionem corroborandam. Rationes ob quas violens Adversarius acrem hujusmodi epistolam scripsit, fuere, quia illum *Celeberrimum* vocavi, & impulsu Señatoris Bononiensis. Quid contineat hæc epistola,

præ-

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

pag. 319. „ Carolo nono Gallorum Regi febricitanti sanguinis de-  
„ tractio .. præscripta est: ad quam celebrandam vocatus est Chi-  
„ rurgus: sed is cum forte fortuna *nervum* pro vena pupugisset,  
„ exclamavit Rex, dolorem se eo loci ingentem percipere. „

(1) *Scritture del Dottor Gio: Girolamo Carli Sanese intorno a varie Toscane e Latine operette del Sig. Dott. Gio: Paolo Simone Bianchi, che si fa chiamare Giano Planco.* tomo 1. Firenze. 1751.

(2) *Lettere di Ciriaco Sincero Medonese.*

(3) *Excerptum totius Italicæ nec non Helveticae Litteraturæ pro anno 1759. tom. 1. art. 5. pag. 152.*

(4) *Memoires sur les parties sensibles &c. tom. 3. a Lausanne. 1760. pag. 489.*


prætermisſis inutilibus, atque impropriis verbis, modo videamus.

„ Verum valde miratus sum, quod Vandelli, postquam „ de me tam honorifice fuerit præfatus, qui me *Celeberrimum* appellariſt, tamen ſequenti ejusdem capitil articulo „ addat, hanc Balani minoris compressi ſpeciem, eamdem „ eſſe, quam Fabius Columna in *Phytobafano* ſuo indica- „ vit, & Tab. xxx delineavit. Verum ſi Vandelli Balanos „ a Columna delineatos, & a me recuſos diligenter inspe- „ xiffet, numquam dixiffet Balanos meos (1) compressos „ minores eosdem eſſe ac illos a Columna depictos. Ba- „ lani enim a me indicati in libro *laudato de Conchis* „ minus notis pag. 29., & ab ipſomet Vandellio qua- „ tuor figuris in Tab. II. libri ſui delineati, & præfer- „ tim is, qui primo loco ſub litteris b. c. a. notatur, & „ qui ſub numero 8, & 9 cernitur, figura sphæroidea „ plana ſunt donati, ut perquam reēte a me compressi „ fuerint nominati, & Balani ſecundo loco poſt Conchas „ Anatiferas in Tab. xxx. *Phytobafani* Columnæ ſint co- „ ni reēti, ſeu ut melius loquamur ſint pyramides pen- „ tagonæ acutæ. „

Breviter respondeo. Ego (2) de Balanis Venetiarum ſic ſcripſi. „ Parietum fundamentis, lignis, crustaceis, cymbiſ- „ que Venetiarum Balanorum innumerabilis quantitas ad- „ hæret, qui a Cel: Jano Planco (3) Balani compressi mi- „ nores appellantur.

„ Hæc Balani species eſt eadem a Fabio Columna (4) „ hiſce verbis ſolum indicata. Secundum addidi Balani ge-

D 2 nus,



(1) Adverſarius nullo paſto hos Balanos ſuos vocare potest, quia eos jam deſcripsit P. Bonannus (*Pars 2. recreationis mentis ec. cap. 3. Testacea non antea viſa pag. 317. fig. 2. 3. 4.*,) & hic Adverſarius eis duntaxat nomen dedit abſque ulla deſcriptione.

(2) *Dissertationes tres ec. differt. 2. cap. 3. pag. 77.*

(3) *De Conchis minus notis cap. 23. II. pag. 29.*

(4) φυτοβάſανος. 1744. pag. 113. tab. xxx.

*nus, ut ♂ qui non viderint in Rondeletio, cognitum ex  
bac pictura habeant. „ Et P. Philippus Bonannus nostri Ba-  
„ lani testam describit; sed de ejus animale non loqui-  
“ tur (1). „*

Ex dictis manifestum est, quod ego duntaxat retuli, quid  
violens Adversarius de nostri Balani nomine excogitavit,  
recte ne, an secus, ego tunc non dijudicavi; quia quæstio-  
nes habere cum hujusmodi viro, & præcipue, ut dicunt *de  
lana caprina*, inutile duxi. Modo tamen dico, impropriè,  
& absque ulla ratione Venetiarum Balanos a me descriptos  
*compressos* instar figuræ sphæroideæ vocari ab ipso Adversa-  
rio: Nam hi Balani qui acervatim in parietibus, lignis na-  
scuntur, dum ab omni parte circumsepti sint ab aliis Balanis,  
tunc eorum basis lata est vix duas tresve lineas, al-  
titudo sex aut septem linearum, quia tunc eorum basis la-  
tius se extendere nequit ob propinquos alias Balanos, qui  
si seorsim orientur, aut ab aliqua parte nullum obstaculum  
reperient, eorum basis ibi magis protenditur; & fere quin-  
que lineas lata est. Eorum testæ figura est instar coni in  
apice obtruncati, a quo exit apex quatuor laterum ex quatuor  
testulis conflatus & mobilis: diameter coni obtruncati in sum-  
mitate sæpe unius linea est: Aliquando Balani figura est in-  
star cylindri; ideoque ex hac figura & hisce mensuris ne-  
que depresso, neque figura sphæroidea agnoscitur.

Balanus vero *compressus major* (2) jam antea a P. Bonanno descriptus (3), recte compressus vocari potest ra-  
tione habita ad nostros Balanos, quia ejus basis persæpe  
duos Parisienses pollices lata est, ejusque altitudo vix ad  
septem lineas pervenit.

Si conferantur igitur hæ mensuræ Balanorum simul, illico  
apparebit nostros Balanos nullo pacto compressos aut figuræ  
sphæ-

(1) Pars 2. recreationis mentis ec. cap. 3. Testacea non antea visa  
pag. 317. fig. 2. 3. 4.

(2) De Conchis minus notis cap. 23. pag. 29. tab. 5. fig. 23.

(3) Pars 2. Recreationis mentis ec. cap. 3. pag. 317. fig. 1. Pars. 1. cap. 60.  
pag. 259.

sphæroideas esse; nam basis nostrorum Balanorum est ad altitudinem sicut 3. ad 7., & aliquando ut 5. ad 7., Balani vero compressi basis ad altitudinem est 48. ad 7. Igitur basium latitudines sunt inter se ut 48. ad 3. aut ad 5.


Balani igitur nostri iidem sunt a Fabio Columna (1) ruderiter picti, qui non sunt compressi. Ego autem Tab. II: fig. 7. duos Balanos exposui (2), quorum unus naturaliter erectus est, alter litteris *b.c.a* in plano positus, ut omnes externas Balani partes indicare possem in ejus descriptione, quod cum figura erecta Balani facere nequibam. Reliqua, quæ Adversarius scribit, nihil concludunt; nisi quod in dubium revocat, an Equi vivi a me sint dissecti. Huic magnæ objectioni respondeo, quod Adversarius legere debebat meas tres epistolas de *Sensitivitate*, in quibus multa testimonia Medicorum, & Chirurgorum affero, qui semper meis experimentis & observationibus adfuere.

Modo ad Ill: Hallerum sermonem converto. Hic Vir, nescio qua arte, mei Adversarii epistolæ in gallica versione verba adjunxit, quæ certe desunt in latina originali epistola: Verba adjuncta hæc sunt *M. Vandelli par la violence indecente avec laquelle il s'exprime*.

Demum valde miror, cur Hallerus a latina in gallicam linguam vertat hanc epistolam, ipsamque jam editam rursus in præsentibus operibus edat: Quæ epistola tantum pertinet ad hujusmodi quæstionem, quantum spectant cœpæ ad pyra.

Forsitan Bononiensis Pedisequius, & Hallerus ipse quæsiverunt hanc epistolam instar *Libelli*, ut mea fama depressa a vulgo crederentur falsæ objectiones, & observationes meæ. Sed error in Historia Naturali tanta ostentatione mihi objectus, in quem recidat, jam satis superque appetet.

Quapropter hac re nunc quidem seposita, quid in tomo ter-



(1) l.c. tab. xxx.

(2) Omnes Balanorum figuræ, modo conicas, modo *Cylindraceas* delineare, inutile duxi.

tertio Se<sup>t</sup>tatores Halleri loquantur, videamus, & de multis jam pauca notabimus, & pleraque quām paucissimis.

## §. XXXIII.

Quidam Bononiensis refert utilitatem Insensitivitatis Tendinum (1) his verbis, quæ Itala ac originali lingua expōnemus, quia in gallica versione multa Hallerus mutare & ommittere (2) curavit. Bononiensis igitur sic scribit. *Rispondo, che non essendo nuovo, come talvolta dopo alcuni Tetani particolari, e dopo atroci reumatismi, o finalmente dopo qualche violenza esterna, restino alcune articolazioni immobili, e si vedano le corde tendinose di varj muscoli tese moltissimo ed incapaci di arrendersi, si potrà adesso con più coraggio venire al taglio, o strappata di quei tendini così distratti, ben sicuri di non incorrere in quei pericoli, che si sono fino ad ora temuti. Maxima hæc est utilitas! Si enim nos quoque tendines insenfibiles concederemus; certè priusquam eos incidamus, oportet incidere cutim, latentes nervos, qui supra tendines perreptant ( si cum Adversariis proprios nervos tendini auferamus ) & vaginam tendinis, quæ ipsorum Hallerianorum consensu valde sentit. Ex quibus vulneribus maximi dolores & s<sup>e</sup>pe vehementia symptomata acciderent. Ipse Bononiensis affirmat, tendinis inferioris bicipitis distensionem in homine valde dolorosam fuisse (3), quamvis tendinum avulsionem proponat (4). Unde respectu ad vehementem dolorem & s<sup>e</sup>pe ad gravia symptomata, nulla utilitas ex hac quæstione eruitur; respectu autem ad tendinum sectionem, dum necessitas urgebat, jam Lippis, & Tonsoribus notum erat tendi-*

(1) *Raccolta parte I. Lettera I. §. 24. pag. 283.*

(2) *Memoires sur les parties sensibles ec. tom. 3. a Lausanne. 1760. Lettre I. §. 51. pag. 81. Raccolta parte I. Lettera I pag. 304. §. 51.*

(3) *Raccolta Ibid.*

(4) *I. c.*

nes scindi posse absque timore; imo in symptomatibus a punctura tendinis excitatis, sectio ipsius tendinis est remedium pro illis compescendis commendatum ab Artis Parentibus, & ab experientia confirmatum.

### §. XXXIV.


De juvēne Clerico aliquid dicendum est, cuius epistola in eodem tertio tomo gallicè versa legitur. Libenter prætermitto cavillationes, ineptias, quæ expositæ sunt a Clerico, qui nihil scit de anatome, neque de Medicina, neque de Chirurgia; nihilo tamen minus aliquæ ipsius propositiones ad examen sunt revocandæ.

Clericus iste ait in suis experimentis, quod piam matrem *cannula* deprimebat, ut circa duram matrem experiri posset, quam insensibilem fuisse dicit. Sed Clericus non animadvertisit se Cl. Laghio obijcisse sensum duræ matris ab ipso Laghio repertum oriri a cerebri depressione (1). Si igitur Laghii Adversarius piam matrem *cannula* comprimebat, cerebrum quoque aliquam compressionem ferre debebat, & per consequens sensum apparere, ut Laghio obijcitur, si cerebri compressio doloris causa esset; sed ex ipsius Laghii experimentis aliter est: Igitur & Clericus sibi contradicit, & inutilem objectionem Laghio fecit.

139.

### §. XXXV.

Clericus nomen novi Auctoris mihi tribuit, non secus ac 182. si ille esset Auctor senex, & pluribus propriis editis operibus onustus. Nihil tamen Clericus umquam scripsit, & numquam ad artem Medicam incubuit; imo Bononiæ ad Geometriam, & Philosophiam descendam, eodem tempore, quo hanc epistolam scripsit, morabatur: quare nisi ipsam hic edidisset Hallerus, me puderet tali Adversario responderem,



(1) l. c. pag. 177.

dere, arbitrantem cum Julio Agricola, esse quidem *atteri*  
*forsidum*, sed tamen & *vincere* esse *inglorium*.

## §. XXXVI.

185. Si nervi tendinem ingrederentur; oporteret, ait Clericus, detracta a tendine vagina, nervisque abscissis, tendinis superficiem asperam esse: sed mehercle nervi non sunt suis setæ, ut erecti maneant.

## §. XXXVII.

186. Me redarguit Clericus plures nervos in Achillis Tendine invenisse quam Cl. Burghium; quid interest? Si aliquantum Anatomen calleret Clericus hæc futilia non dixisset; in humanis enim cadaveribus varietas non solum in minimis, sed majoribus quoque nervis & vasis observatur; ficuti Anatomicorum Princeps Morgagnius nos docet hisce verbis (1) „ Non modo enim in minutis ramis Natura haud „ magis in nervis quam in vasis certæ cuidam legi se ad- „ dicit, sed in truncis quoque ipsis plenibusque majoribus „ non unam semper rationem observat. „

Quod attinet ad nervorum crassitiem scire debet Clericus, quod consulto ego auctos eos delineandos curavi, ut Adversarii facilius eos distinguere possent.

## §. XXXVIII.

188. Nova nervorum proprietas novi Anatomici hæc est, scilicet nervos opacos esse. Hallerus didicit novam hanc nervorum proprietatem a recenti Anatomico, & tamquam sibi favorablem recepit (2): Sed fortasse non animadvertisit Ill.



(1) *Adverf. Anat.* II. *Animad.* XXXVII. pag. 75.

(2) *Tom.* 4. *Resp.* pag. 70. (f).

Ill. Hallerus cum inter conjunctivam & corneam nervi opaci essent, visionem offendit oportere (1).

## §. XXXIX.

Hallerus hic propositionem adjungit, quam Clericus ex 227. propriis experimentis deducere nesciebat.

Multa alia prætermittimus, quæ animadversiones non merentur; aliqua tamen dicenda sunt de eo Bononiensi, qui criticam scripsisse credit contra Cl. Laghium Publicum Anatomes & Medicinæ Professorem in Cel: Bononiensi Universitate &c. Ex tota hujus criticæ lectura, unusquisque agnoscit illum Censorem validis Cl: Laghii argumentis respondere iisdem rebus, quæ adhuc in quæstione sunt & non demonstratae; ita ut ædem responsiones contra ipsum Censem inverti possint, ideoque futilis, nulliusque momenti sunt: Nam ex. gr. (2) Censor dicit falsas esse Adversariorum rationes de ea propositione, qua hi declarant aliquoties partes valde sensibiles, sensu carere: quia propositio non est universalis, & partes insensibiles nervis carent. Quod in quæstione adhuc est; & sic nihil difficultatem solvit.

## §. XL.

Bononiensis Censor (3) suas diligentias in periclitando 351. exponit. Hoc inutile est; nam alibi idem dixit, & nihil juvat ad vincendam quæstionem, dum iisdem ac majoribus diligentiis usi sunt Adversarii.

E

Iif-

(1) Vide §. XVII.

(2) Lettre seconde. pag. 347. & seq.

(3) Pag. 351. usq. ad pag. 354.

## §. XLI.

358. Iisdem rebus, quæ demonstrandæ sunt, & concessæ esse deberent, Bononiensis respondet ad insensitivitatem in muscularis aliisque partibus sensibilibus repertam; dicens hæc experimenta rara, alia vero in partibus absque sensu inconstantia esse, partesque sine sensu, numquam sensum adipisci posse. Quæstio est ad demonstrandum evidenter si hujusmodi partes insensibiles sint.

## §. XLII.

360. In hominibus ossa a periostio detecta si ferro aut alia re leviter tangantur, homines tunc sentiunt ferri frigus, aut contactum aliarum rerum: Id ego sæpe expertus sum præcipue in cranio, & tibia. Quare tactus sensus est, contra Censorem, in aliquibus partibus absque sensu doloris.

## §. XLIII.

362. Censor hujusmodi propositionem refert contra Cl. Laghium. Si irritabilitas a nervis pendet, & tendo nervos habeat, tendo irritabilis erit: hoc non &c. Ad hanc inutilem cavillationem respondeo. Tam facile non conceditur irritabilitati a nervis pendere; quidquid sit certè irritabilitas non est in ratione directa nervorum; nam cor paucos nervos possidet, & nihilominus valde irritabile est: Verum autem est, quum irritabilitas reperit partes compactiores & duriores, quam musculi sunt, quamvis illæ nervos possideant; attamen in ipsis ob duritiem actionem suam exerere nequit, ut in Tendinibus accidit. Unde ratio hæc a Bononiensi allata ad demonstrandum, quod tendo nervis caret, sophisma est, quod nihil probat.

## §. XLIV.

Bononiensis autumat nervos non transire *telam cellulofam* 362.  
vaginæ, qua tendines vestiuntur : Contrarium Cl. Laghius  
& ego demonstravimus.

## §. XLV.

Inanis ratio a Bononiensi in medium affertur contra La-  
ghii propositionem de cerebri pressione usque ad septem li-  
neas sine dolore . Ait igitur Censor, quod Laghii excusa-  
tioni dens respondebit, qui si simpliciter comprimatur, ni-  
hil sentit, sed quum ille scinditur instrumento, aut lima  
aliquo modo concutitur, illico dolor excitatur . Ridicula  
comparatio inter corpus molle, & durum : Dentis enim  
compressio in dente ipso non fit , sed contra basim ossi  
alveoli mandibulæ periostio vestiti & contra nervum ipsius  
dentis; concussio vero ad alveoli latera & contra gingivam:  
Cerebrum e contra corpus molle est , & in se metipsum  
comprimitur . Deprimat igitur dentes Censor ad medianam  
lineam usque , si fieri potest, aut ad eam majorem com-  
pressionem, quam dentes ferre queunt, & videbit, an sen-  
sus sit?

## §. XLVI.

Maxima differentia est inter corpus subtile, laxum sicut 365.  
cutis (1), & cerebrum. Cutis enim creata est ad externas  
compressiones accipiendas, ideoque peculiari structura gau-  
E 2 det,

∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞

(1) *La peau est à peu près de la même nature . On la presse , sans qu'aucune douleur en suive .*

det, non ita cerebrum, quod osseο tegmine defenditur. Cutis vero blandè compressa dolorem non excitat, quia contra pinguedinem comprimitur; at si ipsa cutis in tibiæ angulo comprimatur, illico dolor appetet. Scio tamen, Adversarios respondere, sub cute nervos contra tibiæ os compressionem ferre; sed in quocunque puncto tibiæ compressio cutis cum dolore est; ideo in quocunque puncto sub cute nervi adsant? Mehercle quæ pulchrae cavillationes! Alii quoque dicent, ideo cutis tunc dolorem affert, quia contra os comprimitur; reſtē: Igitur aliis in locis cutis cempreſſio dolorosa non est, quia contra pinguedinem deprimitur. De cerebro autem ita loqui non possumus; compressio enim fit in ſe metipſo.

## §. XLVII.

366. Si Bononiensis meas epiftolas legiffet, non dixiffet, me brutis animalibus heroifum tribuisse, quia hæc animalia nullum doloris indicium monſtrant dum eorum partes exquisito ſenſu præditæ laniantur: Nam ego dixi (1) „ Ad tertium quod ſpectat. Bruta animalia, aut ab aliis prioribus acutissimis doloribus, aut ab aliquo in iis innato mortis timore, ac fugiendi ſumma cupiditate, concitata ſunt; & eorum anima, ſeu quidquid in iis vitæ eſt cauſa, obrutum, & infirmum evadit, unde partibus quamquam valde ſenſibilibus irritatis, fere dolorem animalia non ſentiunt. „ Et ad hujus propositioniſ confirmationem ſeptem experimenta adduxi.

Du-

(1) Ep. I. §. 5. pag. 214.

## §. XLVIII.


Duræ matris superficies interna vellicata sentit, ipsorum  
Adversariorum consensu; sed Bononiensis Censor explicare  
cavillis conatur, non a duræ matris proprio sensu dolorem  
oriri in hoc experimento: verum a tremore ad cranii ba-  
sim, nervosque communicato ob hujusmodi vellicationem;  
quia dura mater Cranio adhæret, & tensa est. Ex quibus  
apparet, Bononiensem existimare duram matrem tensam  
instar chordæ sonori instrumenti; sed si hæc chorda diver-  
sis in locis immobili corpori fortiter adnectatur ( ut duræ  
matri accidit ); tunc vellicatio tremorem non inducit ab  
una extremitate ad aliam, quia ab adhesionibus chordæ  
impeditur istiusmodi oscillationis, aut tremoris progressus.  
Et sic responsum fuit iis, qui nervos tamquam tensas chor-  
das putabant, & sensationes fieri per harum chordarum tre-  
mores contendebant. Unde Censoris explicatio de experi-  
mento, in quo dura mater sensibilis declaratur, nullius est  
momenti.

## §. XLIX.

Bononiensis, qui crasso modo partium usus in huma-  
no corpore dumtaxat agnoscit, quamvis magnum Anatom-  
icum se esse glorietur, decernit nervos tendinum inutiles es-  
se, quia tendines sunt immobiles (1): Quare eadem ra-  
tione inutiles erunt nervi dentium, ossium, inutiles quo-  
que ii, qui ad sensus organa spectant, quippe ad motum  
non inserviunt.

Subjungit Censor, nil mirum, si partes amittant usum,  
quem antea possidebant, ut accidit in ductu arterioso, in

Ca-



(1) *De quelle utilité seroient des nerfs au tendon, qui est immo-  
bile?*

Canali venoso ec. Sed ego numquam observavi, ut neque alii Anatomici, tendines naturaliter & constanter amisisse usum, quem primo habuerunt: forsan tendines pro Fœtu dumtaxat creati sunt, ut ductus arteriosus, & canalis venosus?

## §. L.

394. Quid prodest hic comparationem mecum facere & Mult: Reverendo Patre Tosetto? qui in concionibus, atque orationibus eminet; sed non est anatomicus, qui nesciens cultro uti, ille adhibuit Chirurgi operam, cuius nomen cum Ill. Hallero incognitum esse dicere possumus: Ego ipse nervos in tendine Achillis quæsivi, & Anatomiæ studui sub Magno, & Incomparabili Morgagnio, & per plures annos Mutinæ, & Patavii multa hominum cadavera secui.

Quod si Cl. Laghius multis aliis negotiis circumseptus adhibuit Vineaferra, & Doctoris Burghii operam; Laghius hisce Anatomicis æquo animo hujusmodi inquisitionem relinquere poterat. Vineaferrus enim est Publicus Anatomiæ Incisor in Cel. Bononiensi Universitate, sicut olim fuit Cel: Valsalva; Burghius autem eximie Anatomen calle: Laghius vero Anatomiæ Professor ita eam possidet, ut ipsumet Censorem docere posset. E contra M. R. Pater Tosettus numquam ad Anatomen incubuit, numquam cadavera secuit, solumque Chirurgi, non jam Anatomici dissectionis spectator fuit.

## §. LI.

393. Bononiensis dicit, agnoscere M. R. Patris Tosetti diligentiam in Tendinis præparatione: dum ipse R. Pater ingenuè fatetur eam a Chirurgo factam fuisse (1).

Quid

(1) Raccolta parte I. Lettera 4. § I. II. pag. 238.

## §. LII.


Quid interest si Cl. Burghius tres dumtaxat nervos A-  
chillis Tendinis invenit, & ego plures? Nervorum varieta-  
tem si, Censor, Anatomicus esset, agnosceret, sed cum pa-  
rum Anatomiam teneat, a Celeberrimo Morgagnio hoc di-  
scere oportet, qui ita scribit (1) „ Quinimo ita censeo :  
„ si nervorum perquisitio ita facile, & quod consequitur,  
„ ita crebro, ut perquisitio vasorum sanguiferorum, in Scho-  
„ lis Anatomicis institueretur, esse plurima fortasse, quæ  
„ et si ut perpetua proponuntur, quod attinet ad originem,  
„ numerum, & connexiones nerveorum ramorum; non mi-  
„ nus tamen varia deprehenderentur, quam in vasis ex.  
„ gr. spermaticis contingere, videamus. ”

## §. LIII.

Bononiensis hic jactat, se esse præceptorem, & juvenes 485.  
Doctores docere (2): Doctores tamen hi, qui egent lectio-  
nibus tanti præceptoris, sunt Doctores sine Doctrina. Ille  
autem docet sine Cathedra, & motu proprio, & propria  
utilitate, & intuitu adipiscendi Cathedram tam diù inutili-  
ter quæsitam.

## §. LIV.

Demum ait ille in epistola, quam adjungit, ostendi Vandellii errorem Historiæ Naturalis. Hæc est illa epistola, de qua superius locutus sum scripta ab illo violenti Adversario impulsu hujus Bononiensis. Miror tamen quomodo mihi ad-  
scri-




(1) *Advers. Anat.* II. *animad.* 37. pag. 76.

(2) Je me contente, pour ce qui me regarde, du nombre des auditeurs Medecins & Chirurgiens, ornés même de la dignité doctorale, qui fréquentent mes Leçons.

scribere possit Bononiensis errorem Historiæ Naturalis, quum hic ignarus sit omnino ejusdem Historiæ.

Hæc habui, quæ ad Halleri opus animadverterem : in quo tamen multa sciens volensque prætermisi; sed alia aliæ fortasse notabo.

Mei amici consilium mihi dedere, ut ex multis epistolis Clariorū hujus seculi Virorum ad me datis, de iis, quæ edidi, sequentem Celebrissimi Equitis Caroli Linnæi Botanicorum Principis, huic mæ apologeticæ adjungam, ut Adversarii videant, non idem quod ipsi, de me sentire Incomparabilem Virum Linnæum.



VIRO AMPLISSIMO ET CELEBERRIMO  
**D. D. DOMINICO VANDELLIO**  
PHILOSOPHO ET MEDICO ACUTISSIMO.

S. pl. d.

C A R O L U S L I N N Æ U S  
E Q U E S .

**H**Isce diebus, nihil minus tale speranti accessit Tuum,  
Vir Celeberrime, vere divinum opus, scilicet differ-  
tationes tres; ut tabulas inspexi, seposui negotia omnia,  
nec prius acquiescere potui, quam totum librum a capite  
ad calcem devoraveram.

Stupefactus vidi Te, gentis tuæ Phœnicem, non contentum  
exteriori naturæ cortice, non in vestibulo ejus bærere, sed  
introspicere, in divina secreta descendere, & quæ in in-  
teriori Naturæ sacrario clausa fuere in apricum educere.  
Perplacuere omnia; imprimis meo palato sapiebant Holo-  
thuria tab. 2. f. 12. & tab. 3. nec non uva marina tab.  
2. f. 11. & cochlea tab. 2. f. 1., 2. mibi plane ignota  
animalia, qui tamen ultra 4000. noveram & in systema-  
te naturæ enumeravi.

Mibi semper paradoxa fuit doctrina Halleri de insensibilita-  
te Periostii, Tendinum &c., contrarium vero ita graphi-  
ce demonstrasti, ut dubium ulterius supersit nullum.

Pari certitudine evicisti fallaciam doctrinæ Reaumurianæ de  
redintegratione Lumbricorum, quam, Auctoritate acutissi-  
mi auctoris, hactenus credideramus.

F

Pro-

Prodiit Systematis naturæ editionis 10. tomus primus de animalibus; sedat tomus secundus de plantis; tomus tertius continuabit de lapidibus; utinam velles & posses mecum communicare Holothuria tua Tab. 2. f. 12. & tab. 3. nec non uvam marinam tab. 2. f. 11. in spiritu vini afferuata, nec non testam Cochleæ tab. 2. f. 1. 2., ut hæc tua inventa insererem appendici in tomo tertio Systematis, in perennem Tui nominis gloriam.

Figura semper vivi montani titulo præfixa etiam perplacuit, cum parem hactenus non dederat Plus:

Utinam scirem qua ratione ad Te mitterem opuscula mea nuper edita; ut testarer quanti Te faciam.

Faxit Deus ut vivas sano corpore & alaci animo in augmentum & ornamentum artis. Vale & me porro ama.

Dabam Upsaliæ die 3. Februarii: 1759.



# TABULA OBSERVATIONUM

## De sensitivitate plurimarum partium humani corporis.

### I. DE PERICRANIO.

**L**AMBERTI habet observationes sex (1).  
SANSEVERINI obs. duas (2).  
LOTTERI duas obs. (3).  
LE CAT obs. quinque (4).  
VANDELLII obs. sex (5).

### II. DE PERIOSTIO.

LE CAT obs. quatuor (6).  
BIANCHI observationem unam (7).  
LOTTERI obs. unam (8).  
LAMBERTI obs. unam (9).  
VANDELLII observationes quatuor (10).  
JOSEPH Villesavoye observationem unam (11).

### III. DE DURA MATRE.

BIANCHI observationes duas (12).  
TACCONI obs. plures (13).  
LE CAT obs. viginti & octo (14).  
VANDELLII obs. quatuor (15).

### IV.

- (1) Racc: parte 2. pag. 58. usque ad pag. 64, & pag. 311. & seq.
- (2) Ibid. pag. 72.
- (3) Ibid. pag. 287. & seq.
- (4) Raccolta Supplimento parte 2. pag. 12. 22. 23. 124.
- (5) Raccolta part. 2. pag. 216. seq. & pag. 233.
- (6) Racc: par. 2. pag. 129. & Suppl. pag. 24.
- (7) Racc: par. 2. pag. 42.
- (8) Ibid. pag. 290.
- (9) Ibid. pag. 319.
- (10) Ibid. pag. 234.
- (11) Racc: Suppl: pag. 73.
- (12) Racc: parte 2. pag. 42. & seq.
- (13) Ibid. pag. 81.
- (14) l. cit. pag. 117. seq. 119. seq. 125. seq. & Racc: supplim.  
pag. 9. seqq. 11. 12. 14. seq. 16.
- (15) Racc: parte 2. pag. 235. & Suppl. pag. 78. & seq.

## IV. DE PIA MATRE.

LE CAT observationes tres &amp; alias plures (16).

## V. DE CORNEA.

LOTTERI plures observationes (17).

LAMBERTI plures obs. (18).

BIANCHI observationem unam (19).

VANDELLII observationes sex (20).

## VI. DE CAPSULIS ARTICULATIONUM.

LE CAT plures observationes (21).

LAMBERTI duas &amp; alias plures observationes (22).

## VII. DE PERITONÆO.

LAMPERTI unam observationem (23).

## VIII. DE TENDINE.

LAMBERTI observationes quatuor (24).

VANDELLII observationes sex (25).

LOTTERI observationem unam (26).

LE CAT observationes plures (27).

FABRI observationem unam (28).

## IX. DE OSSIUM MEDULLA.

LOTTERI (29), Marescotti (30), Jattica (31) plures obs.

VANDELLII observationem unam (32).

(16) Supplim. pag. 18. 21. Racc. part. 2. pag. 117. seqq. 122. ec.

(17) Racc. parte 2. pag. 295.

(18) Ibid. pag. 318. &amp; seq.

(19) l. c. pag. 12.

(20) l. c. pag. 221. seq. 238. &amp; seq.

(21) l. c. pag. 129. seq. &amp; Suppl. pag. 28.

(22) Ibid. pag. 316. seq.

(23) Racc. parte 2. pag. 316.

(24) Racc. parte 2. pag. 64. usque ad pag. 66., &amp; pag. 313. &amp; seq.

(25) Ibid. pag. 223. seq. 240.

(26) Ibid. pag. 291.

(27) l. c. pag. 129. &amp; Supplim. pag. 25. seq. 27. 29. seq.

(28) Supplim. pag. 44. seq.

(29) Racc. parte 2. pag. 299.

(30) Supplim. pag. 142.

(31) Ibid.

(32) Racc. parte 2. pag. 235.

D O M I N I C I  
V A N D E L L I I

E P I S T O L A

D E H O L O T H U R I O , E T T E S T U D I N E C O R I A C E A

A D

C E L E B E R R I M U M  
C A R O L U M L I N N Æ U M

Equitem

Naturæ Curiosorum

D I O S C O R I D E M II.

Regiæ Majestatis Sveciæ Archiatrum, Medic. & Botan.

Profess. Upsal., nec non Societatis Monsp.,  
Berol., Upf., Stockol., Londin. Sodalem.



P A T A V I I C I C I C C L X I .

EX T Y P O G R A P H I A C O N Z A T T I .

S U P E R I O R U M P E R M I S S U .

DOMINI  
VANDELEI  
ESTOTLA  
De Honore, ta etatique, corrigea  
A  
CELESTE RAYUM  
CAROLUM LINNEM

Editeur

Nicolas Gobin

Dioscoride

Rédis Méjuffe, Socie Académie, Médecine de Paris  
L'Impr. de la S. Gobelin, Montr. à l'Académie  
Bijou. Ille Socie Académie, Montr. à l'Académie



PATAVI COCCIX

EX TYPOGRAFIA CONVENTU  
SOCIETATIS IMPERIALE

VIRO SAPIENTISSIMO ET CELEBERRIMO  
**D. D. CAROLO LINNÆO**  
 E Q U I T I

DOMINICUS VANDELLUS  
 S. P. D.



PISTOLAM Tuam , Vir Celeberri-  
 me, XVIII Kal. Feb. datam, III. Kal.  
 Martii accepi, quo nihil gratius, nihil-  
 que jucundius mihi contingere potuisset;  
 tum ob rariores observationes, tum quia  
 certior semper factus sum ab humanissi-  
 mis Tuis Litteris de Tua erga me bene-  
 volentia & amicitia, tum quia ex eisdem agnosco Te,  
 Virum per totum Orbem celebratum , benignè excusata  
 habere mea scripta , atque mea parva inventa.

Inter mirabiles Tuas observationes mihi perplacuit in-  
 telligere differentiam æstatum Vos inter & nos ex eru-  
 ptione, seu explicatione foliorum quarumdam arborum,  
 quas, ut Tuo jussu parerem, elapso vere in hac Italiam

Regione observavi, idemque Tu Upsaliæ conspiciens, modo deducis æstatem nostram Patavii longiorem esse XIV hebdomadibus, quam vestram Upsaliæ, dum scribis *Ex tuo calculo de arboribus frondescientibus collato cum frondescientia arborum Upsaliæ, concludo Patavium Botanice distare Upsaliæ 48. diebus; sive quod arbores explent sua folia 7. hebdomadibus antequam Upsaliæ; ergo Æstas vestra in regione 14. hebdomadibus longior est quam in nostra.*

In maximam autem admirationem me rapuit ex Tuis litteris intelligere, atque agnoscere prodigiosum insectum, cuius figuram ad me misisti, quod vermis novum genus est, & a Solandro ( jure ac merito, ut dixisti ) *Furia Infernalis* vocatur; obstupui vero, quum a Te audivi idem minimum insectum in Lapponiæ conterminis quotannis graffari, atque inferre maximam stragem hominibus, & pecoribus, quum ex aere ipsum decidit in nuda corpora, & momento citius penetrando partes musculosas, intra horæ quadrantem sæpe occidit dirissimo dolore. Utinam contra infensem insectum antidotum reperiatur.

Pro hisce peculiaribus & rarioribus observationibus Tibi aliud rependere nequeo, nisi descriptionem Zoophyti, seu Holothurii a me reperti in Venetis Lacunis, de quo alias ad Te scripsi: Subjungam pariter alteram descriptionem Testudinis coriaceæ, quæ appulerat ad maris Tyrrheni oram in agro Laurentiano, & a CLEMENTE XIII. Pontifice Maximo fuit ad Patavinam Academiam dono missa.

Cum vero aliqua navis Venetiis petet vestras oras, aliquot rariora hujus Regionis insecta ad Te afferenda curabo, una cum aliquarum plantarum sceletis.

Nunc ecce Holothurii descriptio; quod a me appellatur

tur *Holothurium læve*, *dichotomum*, *fucis marinis alligatum*, & mihi pertinere videtur ad *uvæ marinæ* genus (a); idemque *Holothurium* a Piscatoribus *Tamaragolo* vocatur: Sua externa forma, primo intuitu, intestini partem æmulatur, & maxime quia sæpe hoc animal cum aliis multis animalibus ejusdem speciei conjungitur, ita ut acervum intestinalium referat. *Holothurium* usque ad quatuor pollices longum inveni; ejusque crassities, seu diameter variat pro ut magis aut minus aqua *Holothurium* repletur, sed plerumque 10. lineas diametri habet, ubi latius est; nam tubam majorem versus fig. 1. a. <sup>Tab. I.</sup> paulatim angustius fit, ita ut efficiat tubæ extremitatem lineæ 1.  $\frac{1}{2}$ , quæ vix duarum linearum distantia nutantibus fimbriis circumdatur b. A tuba ista majore longè sex lineis alia minor tuba e corpore exit fere per tres lineas c. Tegumentum hujus animalis est cinerei coloris, sed ita pellucidum, ut intestina, ac vasa exstrinsecus conspici possint: ad basim vero callosum est cum parva appendice informi d, qua adhærescit plantis marinis.

Quod spectat ad ejus anatomiam, haec sunt, quæ observare potui. Seco illo integumento pellucido, at consistenti, quod tribus membranis laxe inter se conjugatis constat, illico foccus visitur fig. 2. cum ipsis duabus tubis a. b., quarum major a. in sua extremitate c. novem puncta rubra, & minor d. sex habet: Longitudo hujus facci est circiter 17. linearum, & circa medianatatem latitudinis habet sex lineas: Efficitur a membrana tenui ac pellucida, quæ ab undecim fasciculis fibrarum,

(a) Dominici Vandellii differ. *& Zoophytis marinæ &c. Partationes tres de Aponi Thermis*, vii. 1758. cap. 4. pag. 84. de nonnullis Infectis terrestribus, seq.

seu vasculorum albescientium tegitur ; quorum unusquisque fasciculus *e.* vasa seu fibras parallelas, ac propinquas retinet usque ad tubas , ubi fibræ divergunt, atque subtilissimæ evanescunt. Tuba major fibris annularibus albidis , ut etiam minor cingitur *f.* Dissecta hac subtili ac translucida membrana alter saccus apparet *fig. 3. a.*; hic saccus longus fere 14 lineas incipiens a tuba majori, fibris longitudinalibus , ac quasi parallelis ornatus ; in suo principio sphincter est *fig. 4. b.*, supra quem tuba rugosa , atque ibi os *fig. 3. c.* cum œsophago *d.* descendit usque ad *e.*, ubi intestinum saccum perforat , ipsumque intestinum recta usque ad facci fundum descendit *fig. 4. g. g. fig. 5.*, & facta circumvolutione ascendit , & per tubam minorem finem in ano *f.* habet. Totum intestinum longum est tres pollices & novem lineas , coloris cinerei , ac coeno plenum . Supra partem illam intestini *fig. 4.*, quæ e sacco exit *a.*, pereptat vas *b.* longum circiter 18 lineas , subtilissimum in utraque extremitate , in cuius medio diameter est lineæ  $1\frac{1}{3}$  : vas hujusmodi repletur humore rufo , in quo innumeri globuli flavi innatant , qui si ova animalis sint , ovarium hoc vas vocari posset. In spatio autem illo reliquo ab intestini circumvolutione est glandula *c.* coloris rufo-viridis in zoophyto recenti , longa circiter lineas duas , & crassa lineam unam , quæ glandula microscopio observata , constare videtur parvis vesiculis in sua superficie ; sed per longum secta visitur composita ex circumvolutione multorum vasculorum humore viridescenti repletorum ; in apice hujus glandulæ vas albissimi coloris *d.* exit , quod serpit super ovarium indicatum usque eo ut ab ano distet sex lineis ; & ibi finem habet in puncto rubro *e.*, quod cor videtur , ast microscopio observavi punctum hoc rubrum constare ex decem foraminibus rotundis patentibus .

Usum

Usum omnium partium Zoophyti descripti decernere difficile est; nihilo tamen minus dubitationes meas breviter Tibi, Vir Celeberrime, patefaciam. Saccus ille *fig. 3. a.*, qui semper aqua marina turget, forsan a Natura donatus pro sui defensione; nam conjici potest a vasculo albo flexuoso *l.* in ipsa facci cavitate aperto humorem aliquem perniciosum aliis marinis animalibus contentæ aquæ marinæ suppeditari, qui unâ cum aqua ab animali nostro ejectus in hostes marinos, sic ab ipsis Holothurium se defendat. An glandula *c. fig. 4. 5.* cum vasculo albo generationi inserviat? in medio relinquo.

Zoophyton hoc non movetur, nisi tubas exerendo, & retrahendo; & ubi aliqua re irritetur, aut ab aqua extrahatur, tubas contrahendo atque fimbrias obliterando per majorem tubam ejicit aquam ad quatuor aut quinque pollicum distantiam. Vesci videtur cœno paludum aut parvis insectis: suos filiolos sibi coniunctos tenet instar polyporum aquæ dulcis; unde sæpe hujusmodi animalia triginta & plura acervatim unita reperiuntur; sed parte posteriori, quæ sunt majora *Fuco* marino adnectuntur, ut dixi.

De *Testudine coriacea* modo scribendum est; hujus figura est oblonga, & arcuata; ipsius longitudo a capitis extremitate ad caudam est 5. pedum Parisiensium & 10. pollicum; humerorum latitudo est trium pedum.

CAPUT rostro *a.* margine acuto, accipitrino fere, *Tab. magnis oculis f.*, & parvis naribus *e.*, & pro auribus, *II.* duobus tuberculis *g.* imperviis instructum; interne in palato, & in inferiori mandibula dentes habet *d.* instar spinarum confertissimos; qui in basi mobiles sunt, ut illi *Canis Charcariæ*, sed translucidi, flexiles, acuti, & in extremitate parum compressi sunt, tenuique membrana usque ad medium circumvestiti; eorum longitudo est cir-

citer unius pollicis, & crassities vix lineam aequat, quorum usus fortasse erit ad prædam detinendam ne ex ore exeat. In parte autem anteriori mandibulæ inferioris longe ab acuto rostro duobus pollicibus intus conspicitur inter duas membranosas ac ovales prominentias foramen oblongum e., quod an sit aliquis ductus salivalis ? djudicare nequeo.

TRUNCUS superne tegitur a corio nigro, & duro, parvo margine cincto, & ex septem angulosis fere serratis prominentiis b. b. per longum obducto, quæ in extremitate i. sic inter se uniuntur, instar caudæ, ut osseam substantiam efficiant ; corium autem lineis superficialibus undique ornatur, quæ parvas figuræ rhomboidales, retangulares &c. efformant : Epidermis fusci coloris corium obtegit : Corio autem abraso, visitur interna ejus structura subflava, ejusque fibræ, instar denticulationum inter se connectuntur, ut cranii suturæ, ita ut videantur minima ossa Wormiana invicem unita.

VENTER corio minus nigro & duro, ( quod prope collum subflavi est coloris ) quam in reliquis, tegitur : Parum longe a collo duo tubercula vix dimidiatum cerasi fructum æmulantia ab utraque parte, ut etiam quatuor tuberculose prominentiae per longum ventris observantur.

PEDES, seu PINNÆ parum rugosæ, margine postico latiore, acutiore, ferrato ; antico autem crassiore, nec in digitos divisæ. Quælibet ex anterioribus Pinnis l.l. longa est duos pedes, & novem lineas, & ex posterioribus m. m. pedem unum & sex pollices ; quarum major crassities est pollicum 7.  $\frac{1}{2}$

CAUDA n. longa est decem pollices, & ipsa quoque corio nigro tecta.

Rondeletius (*a*) aliam speciem Testudinis coriaceæ describit, eandemque refert Gesnerus (*b*). D. *de la Font* (*c*) alteram speciem Testudinis coriaceæ exhibit. Species autem diversa hujus Testudinis asservatur in Museo Instituti Scientiarum Bononiensis, quæ anno 1756. capta fuit circa Neptunii oram, quam accolæ Romam detulerunt, & BENE DICTUS XIV. Pontifex Maximus eam magno emptam Bononiam importari dono jussit, de qua Cel. Franciscus Zanottus aliquid loquitur (*d*), ejusque Testudinis figura est in commentariis Historiæ Litterariæ Venetiarum (*e*).

Quod spectat ad Anatomen descriptæ Testudinis, nihil dicere possum, quum Romæ dissecta fuerit, sed a manu Anatomici non credo: De Anatome aliarum Testudinum scripsere *D. Petit*, *D. du Verney &c.* (*f*), Caldesius (*g*), Redius, Carolus Plumerius, Celeberrimus Morgagnius Anatomicorum Princeps (*h*), *Cl. Gautier* (*i*) aliique.

Hæc

- ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞ ∞
- (*a*) lib. 16. cap. 4.  
 (*b*) lib. 4. *de piscium & animalium structura.* pag. 1134.  
 (*c*) Mém. de l' Acad. Roy. des Scien. Paris 1729. pag. 11.  
 (*d*) *De Bononiensi Scientiarum, & artium instituto, atque Academia Commentarii. Tom. 4.* pag. 17.  
 (*e*) *Tom. 7. Memorie per servire all'Istoria Letteraria. Venezia. 1756. parte 2. art. 7. pag. 17.*  
 (*f*) Mém. de l' Acad. Roy. des Scien. Paris 1676. 1699. 1703. &c.  
 (*g*) *Osservazioni anatomiche di Giovanni Caldesi, Aretino, intorno alle Tartarughe marine, d'acqua dolce, & terrestri Firenze. 1687.*  
 (*h*) *Advers. Anat. 3. pag. 5. advers. 4. pag. 55.*  
 (*i*) *Observations sur l' histoire naturelle sur la physique, & sur la peinture avec de planches imprimées en couleur. année 1752. tome premier. à Paris. pag. 131. 138. 147.*

Hæc omnia autem ita a me descripta sunt, ut eadem parvi facienda existimem, nisi fuerint, Vir Celerime, Tuo judicio comprobata.

Interim Te etiam atque etiam oro, ut me semper gratum, & Tui nominis studiosissimum cultorem putas, Tuique semper memoriam summa cum benevolentia servaturum esse. Vale diu, Vir Doctissime, ad Botanices, & ingenuarum artium incrementum.

Dabam Patavio e Museo. VI. Kal. Martii CICCI CCLXI.

# TABULARUM EXPLICATIO.

## T A B U L A P R I M A.


Exhibit Holothurium.

- F**igura 1. *a. tuba major.*  
*b. fimbria.*  
*c. tuba minor.*  
*d. callosa prominentia.*
- Fig. 2. *a. tuba major.*  
*b. tuba minor.*  
*c. puncta rubra.*  
*d. puncta rubra.*  
*e. fasciculus fibrarum, aut vasculorum.*  
*f. fibræ annulares.*
- Fig. 3. *a. interna facci cavitas.*  
*c. tuba.*  
*d. œsophagus.*  
*e. intestini principium.*  
*l. vasculum.*
- Fig. 4. 5. *a. intestini pars, quæ e sacco exit.*  
*b. an ovarium?*  
*c. glandula.*  
*d. vas album.*  
*e. punctum rubrum.*  
*l. vasculum.*

## TABULA SECUNDA.

Ostendit Testudinem Coriaceam.

- a. rostrum.
- b. divisio mandibulae superioris ad rostrum recipiendum.
- c. foramen in mandibula inferiori.
- d. dentes.
- e. nares.
- f. oculi.
- g. ossæ prominentiæ pro auribus.
- h. angulosæ, & serratae prominentiæ.
- i. dorsi extremitas.
- l.l. pinnæ, seu pedes anteriores.
- m.m. pinnæ, seu pedes posteriores.
- n. cauda.






(S)

{ }.

*ep: Tab: II.*



Il del q



